7 hic in actib⁹ puris.¶†Quid si sub conditione stipulor rē cuius non habeo cōmerciū.tex.vr̄ tenere idē in.d.l.vsufru. ⁊ in.d.§.sacrā ⁊ tn̄ ɔ caueṫ.ff.de verbo. obli.l.existimo.⁊.l.si rē meā.in hoc glo. dedit diuersas solutiones min⁹ veras in.d.l.vsufr.Dicas tn̄ cū Dy.q2 aut est circa ꝓsonā stipulātē:aut circa rē in stipulatione deductā:aut mista ɔsideratiōe vtriusqz rei ⁊ persone.Pmo casu nō pōt suspēdi:immo statim est nulla. ff.ō ser.expor.l.si min⁹.⁊.d.l.vsufr.Se 8 cūdo casu dic rōnē.vt.d.§.sacrā.In tertio casu vz stipulatio sub cōditione.vt l.existimo.⁊.l.si rē meā.ibi eñ nō est defectus in ꝓsona stipulātis:q2 talis est q̄ pōt stipulari nec in re q2 bn̄ cadit in cōmertio:sz habita ɔsideratiōe de vno ad aliū est defect⁹ mistim:⁊ idē in seruitu 1 te pōt videre.Sed q̄ est rō q̄re magis vz qn̄ ē defect⁹ mista ɔsideratiōe vtriusqz 2 q̄ in alijs duob⁹ casib⁹.Pōt dici ꝙ defectus q̄ est in alijs duob⁹ casib⁹ est circa substātiā rei vz ꝓsone stipulātis vel rei in stipulatiōez deducte in q̄b⁹ ɔsistit rei effectus.nō sic in dicto tertio casu:quia tūc deficit in qualitatib⁹ q̄ non faciunt tm̄ defectū.ff.de iniusto rup.⁊ ir.testa.l. posthum⁹.¶Et hec possunt facere ad q̄stionem de ɔsuetudine parlamēti est ꝙ dn̄s q̄ comparuit in propria persona non pōt dimittere pro se ꝓcuratorem: nisi obtenta licētia a curia vel gratia regis.Pone ꝙ ante obtentam gratiā vel licentiā constituit procura.deinde obtinuit gratiā vel licentiā nunq̄d vz ꝓcuratio.vr̄ ꝙ sic:q2 nō est defect⁹ in ꝓsona ɔstituētis vel ɔstitute dicas q2 si ɔsuetudo dicat ꝙ nō possit ɔstituere ꝓcuratorē cōstitutio nulla est:q2 facta est pure sicut ⁊ stipulatio rei sue contracta pure esset nulla vt hic.Sz si cōsuetudo dicat ꝙ nō possit cōparere ꝑ ꝓcuratorem nisi obtenta gratia vel licentia:tūc non est q̄stio:q2 valet procu.de se cum cōsuetudo nō refrageṫ:sed ꝓcurator admittiṫ sicut gratia.¶Pet.de bel.pert.inducit hūc.§.ad q̄stionē p̄supposita cōsuetudine ꝑ quā qui nubit ancille efficiṫ seru⁹ dn̄i ancille.Quidam manumisit seruū lege adiecta ꝙ nunq̄ seru⁹ efficeretur manumissus demū nubit ancille.nunquid efficitur seruus virtute cōsuetudinis.videtur ꝙ sic:q2 hec cōuentio facti de libero homine nullius est momenti per hunc.§.sed is.§.parū facit ꝭm eum q2 loquiṫ quando conuentio fuit facta tēpore libertatis:sed hec conuētio fuit facta tempore manumissionis:sed bn̄ facit ꝙ nō sit seruus manumittētis.ff. de re.eo.q̄ sub tu.vel cu.l.ij.in fi.cum.l. seq.ꝭm eum.¶In glos.ar.ɔ.in fi.dic vt ibi.¶†In gl.puto rē sacrā.Sed ɔ.ff.de leg.iij.si chor⁹.§.fi.sed ibi erat ꝭu⁹ q̄ tēpore potuit legari:hic erat liber tp̄e stipulationis.⁊ tn̄ si tp̄e seruitutis stipularet ip̄m ⁊ post efficeretur liber ⁊ iterū seruus nō ɔualesceret stipulatio.vide ff.de solu.l.qui res.§.aream.

☞ Promissio facti alieni quando teneat vel non.

Promittens stichū sistere ꝓmittit alienum non suum factum.

3 Stipulatio habere licere an ptineat factum alienū an proprium.
Adde ad idem nu.4.

a Si quis alium. a ¶In gl.prorsus extraneū.ibi q2 factū heredis pmittere pōt.j.gl.proxi.in fi.vel forte factuz filij vel serui.z hoc supponit hic glo.et apparet q2 loquāt opas eox.ff.de ope.
b li.l.patron9.§.fi.¶In gl. b z est rō ibi cū allegat.§.versa vice vel interesse.vt.l.
1 stipulatio ista.§.at si qs.¶†Sed contra arguit cū factuz pmittitur semp vr pmitti interesse:nisi fiat qd fieri consueuit.ff.de ver.obli.l.stipulationes.§.celsus.de regu.iur.l.si qs ab alio.§.fi.Sequit ergo q facti alieni puisio semp teneat.dicit Dy.in.d.l.stipulationes.verum est q interesse videtur promissum vbi promissio facta est vtilis.s3 vbi est inutilis sicut qn factuz alienū pmittit qua rōne expressum est inutile eadē rōne z tacitū vc3 interesse.arg.de do.inter vir.et vxo.l.si sponsus.§.j.de libe.leg.l.petitor.de serui.rusti.pdi.l.iij.§.qui h3.
2 ¶†In ea.gl.cū allegat.l.quoties.dicit Pe.q hoc nō est verū.nā suū nō alienū fcm pmittit pmittēdo stichuz sistere et ide3 dicit Jaco.in.d.l.quoties.¶Quid ergo dices si pmittebat q titi9 sistet vel veniet die assignata.Uidetur non valere:z sic videtur tenere.Jac.in.l.quoties.ibi nō promisit sistere sed sisti.Unde si bene cogites pmittēdo sisti pmittere videt q faciam vel curabo sisti.et iō factū suū videt promittere z forte.et idem in omi alio facto:vt si promitto librum fieri vel domū.verbū em hoc nihil aliud importat nisi q faciam fieri.z sic procedet opinio Jac.z idem videtur tenere in omni infinitiuo tali:vt pmittis fundum dari vel prestari.ff.de verbo.obli.l.si fundum certo die.de euict.l.si ita quis.in fin.et hoc dicit text.in.d.
3 l.quoties.in ver.na3 qui alium.¶†In ea.glos.ibi habere licere.hec glos.posset procedere:vt hic stipulatio interponitur super 9ctu emptionis vbi de euictione promissor tenetur:nam tunc hec stipulatio cōprehendit factū extraneorum:al's videtur promittere tantum factū suū z heredis sui.vt d.l.stipulatio ista.§.qsi tū.z ibi d hoc 9pleni9.ff.de act.empt.l.emptorē.§.si aūt.S3 ob.ff.de verbo.obli.l.inter stipulātem.Gl.ibi soluit multis modis.hic tm cōsueuit approbari qd intelligatur in casu quo pcessit talis 9ctus zc.s3 hoc est diuinare.Preterea i l.stipulatio pcessit vēditionē:vt apparet in.§.si quis forte.cum.dicit distractum est nec videtur valere euasio quam dat gl.in.d.§.q autez.q2 ibi est maior diuinatio.Idcirco posset dici q nec i 9ctu emptiōis nec i alio teneatur.nisi de fctō suo heredis siue pmisit simpliciter habere licere siue hoc adiecto per se et alios zc.nisi promiserit vel quāti interest vel penā.z hoc appet i.l.stipulatio ista.in pn.z in toto processu eiusdem.h' etiā apparet in.d.l.inter stipulantem.in pnci.Nec ob.q ibi sequit ide3 zc.debes em exponere nō simpliciter ob mutuum spōdet.i.spondere d3 si vult alienū factū pmittere:sed curatur se:z sic nihil est [illegible] in stipulatiōe habere licere nec est fallentia.verosimile em est q si essent tot fallentie sicut glo.ponit q tex.aliqd expssisset q hoc p regl'a ponit q nō t3 pmissio nisi dicat effecturum zc.Nec ob.§.q aūt.ibi enim non dicit q si pmittatur p oēs q habere liceat q teneret pmissio nec quicq determinat...

a ¶Si qs aliū.Fctm alienū non pōt i stibulationē deducit.h.d.Ange.

b ¶In gl.Sup hac glos.ponit ang.regulā q factuz alienuz regulariter pmitti nō pōt ab hac regula ponit septem fallentias qs diligenter hic vid in ver.i ea.gl.in fi.Cetera valde bn explicātur hic per Joan.fab.

minat de hoc.⁊ ita non obst.ꝙ si hoc diceret deberet intelligit modo et forma quo obligatio teneat ꝑ verba ſe curaturum facturum ⁊c.nec fit violētia textui:q̄ꝛ ibi ꝟba illa nō apponunt̄ ad determinationē an valeat promiſſio vel non: ſed ad differentiā oſtendendā.ideo breuius ponēdo terminos tacens pertrāſiuit.¶ In ea.gl. ibi cum alleg.l.ſi ita q̄s. hoc nō eſt fallētia ꝑmittere eñ factū alienū eſt qd̄ ille faciet vel dabit. ſꝫ ꝑmittere ꝙ res talis ſit vel q̄s ita indut⁹ vel equus bene ambulans hoc nō eſt factū alienuꝫ i.ab alio faciendūꝫ.ſed quedā qualitas ſm̄ preſens tp̄s vel preteritū.⁊ ideo in edilitijs non eſt aliq̄d ſpeciale.¶ Quid eñ ſi q̄s ꝑmitteret librū eſſe bonū ⁊ fideliter ſcriptū vel ſimile.vñ ſalua reuerētia gl.illa lex nihil facit ad ꝓpoſitū.In eadē glo.ibi cū alleg.rē pa.ſal.fo.Pe.de bel.pti. dicit ꝙ ibi nō ꝑmittit factū alienū:ſꝫ ſuuꝫ cū ꝑmittit pupilluꝫ ſeruari indēnē.vt.l.ij.rē pu.ſal. fo.certe ſi ſic ꝑmittat nō

a ¶ Curatur. Adde Tho. ferrarieñ. moderñ. Aret. de aduocatis de brixia in ſuo tracta. cautelarū vbi dat optimā cautelā q̄ ꝑmiſit fructū alienū ſub pena curādo ꝓ poſſe negotiuꝫ illd̄ in penā nō incidit. ita no.⁊ ibi poſui in apo. ad ipſum.

4 eſt dubiuꝫ.¶ † Sꝫ quid a ſi ꝑmittat ſm̄ ꝟba que ſunt in gl.q̄ vident̄ ꝟba illius p̄torie vr̄ ꝙ tūc ſit fallentia.Itē maior videt̄ fallentia in ſtipulatiōe de rato ibi eñ promittit dn̄m rem ratā habiturū.ff.rē ra.hab.l.in ſtipulatione.⁊.l.ſi ꝓcu. ⁊ ita factum alienū:⁊ tñ valet. Poſſet dici ꝙ vbi quis promittit expreſſe factū alienū [illegible] luti ꝙ titi⁹ faciet ꝙ titi⁹ dabit nō val[illegible] ꝑmiſſio:vbi ꝟo nō ſic exp̄ſſe:ſed indefinite:tunc valet ſi ſtipulatio eſt apta [illegible] prehendere factū ꝑmittētis ⁊ ab [illegible] faciēduꝫ.⁊ extranei ſicut habere licere tūc cōprehendit factū ꝑmittentis [illegible] eius heredis:vt ibi ⁊ nō extranei.vt [illegible] dixi.vbi ꝟo nō cōprehēdit factū ipſi[illegible] ꝑmittētis tm̄ et ab ipſo faciendum [illegible] alienū ⁊ indefinite ꝓfert̄ ꝑ verbū [illegible] nitū.tunc valet ⁊ ſubintelligit̄ ꝙ ꝑm[illegible] tit ſe curaturū:vt his ſtipulationib⁹ [illegible] pupilli ſaluā fore rē ratam dn̄m habiturū iudicio ſiſti.⁊ ita poteſt intelligi quoties.⁊.l.inter ſtipulātē.⁊ ſic cō[illegible] ra opi.doc.q̄ no.C.de ꝓcu.l.j.ꝙ ſtipulatio rem ra.ha.pōt ſic interponi ꝑmit[illegible] rem ra.dn̄m habituꝝ.lꝫ Odo.tenuet contra ibidē.Sꝫ q̄ eſt ratio quare m[illegible] lius in his ſubintelligitur curaturū [illegible] in illa habere licere tantū tāgit factū extranei in qua nō ſubintelligit̄ [illegible] eſt nulla quo ad hoc.Reſpondeo ſtipulatio illa habere licere ſatis operat[illegible] abſq̄ ſubauditione:q̄ꝛ cōprehendit [illegible] ctū ꝑmittētis ⁊ eius heredis:ſꝫ iſta [illegible] hil operarent̄ niſi ſic itelligerent̄ [illegible] ba ſunt audienda:vt res valeat q[illegible] hoc poſſunt extēdi.ff.de re.dub.l.quoties.de reg.iur.l.ſemper.in fi.⁊ ſm̄ hoc in parte ceſſat vna difficultas quā glo. faciunt quō fideiuſſoꝛ poteſt accedere in obligationib⁹ facti.nā ſi ꝑmittat [illegible] factū ꝑmittit factū alienū.ſi ꝟo ſuum ꝑmittit aliud q̄ꝫ principale.ff.de fideiuſſo.l.grece.§.illud.¶ Sed ad hoc [illegible] ci pōt ꝙ poteſt ꝑmittere ſimpliciter.ff. loca.l.quero.⁊ vident̄ ꝑmiſiſſe ſe curaturū^a per p̄dicta.vide plene.ff.de re[illegible] di.l.nemo.de fideiuſ.l.ſi q̄s ꝓ eo in [illegible] et.l.ſicut reus.ff.de ope.li.l.ſi libert[illegible] morā.¶ Sed huic doctrine refragat[illegible] qd̄ dicit in ratihabitione.nā ibi ꝑmittit factū alienū exp̄ſſe vcꝫ dn̄m rē rata habiturū.⁊ tamē tenet ſtipulatio [illegible] deberet tenere ſm̄ primū mēbꝛū [illegible] doctrine.Sed ad hoc pōt dici ꝙ doctrina p̄dicta in primo mēbꝛo itelligit̄ [illegible] principalr̄ ꝑmittit̄ factū alienū ſꝫ [illegible] cōſecutiue ſeu acceſſoꝛie ad fortificatio

nem facti alicuius principalis ꝑsertim per ipsum ꝓmissorem initi. tunc valet ꝛ vr̃ ꝓmittere se curaturuꝫ seu facturum seu stipulatio nõ potest al's habere effectũ: sꝫ si posset hr̃e al's affectũ nõ. vt dixi in stipulatione habere licere. ꝛ est ratio q2 aliqua precedit obligatio principalis ꝑsertim ex qua ꝓmittẽs obligat⁹ est semp vr̃ factũ suũ adiicere. s. se curaturũ: al's nõ fortificaret. sicut in stipulatione de rato iterũ cõparẽdo vel ꝯhendo ꝓ dño contrahit vel quasi igit̃ si ad fortificationẽ illoꝝ q̃ agit ꝓmittat dñs ratũ habiturũ: videt̃ ꝓmittere factum suũ qd curabit vel efficiet: al's nil fortificaret̃ p illã ꝓmissionẽ. ¶ Est ergo distinguẽdũ aut q̃s promittit factũ alienum expresse. ꝛ tũc refert an principal'r aut secũdario aut per indefinita v̾ba. ꝛ tunc etiã refert an possit stipulatio al's habere effectũ vel nõ p p̃dicta. q̃uis autem sit cõis opinio et quasi oim q̄ he stipulationes de rato ꝛ rem pupilli ꝛc. valeant simpl'r cõcepte. tñ cõsultius fiet si adiiciat̃ v̾bũ curaturũ ꝛc. ꝛ erit sine dubio. ¶ Sꝫ q̃ est rõ quare nõ põt ꝓmitti factũ alienũ expresse sicut p v̾ba inflexa me curatuꝝ. Respõdeo factũ alienũ exp̃sse non põt q̃s ꝓmittere: q2 ꝓmittẽdo nõ potest aliũ obligare. se aũt nõ vr̃ velle obligare nec verba important. nã quẽq3 de se ꝓmittere opꝫ: sꝫ qñ ꝓmittit se curaturũ velle subaudit̃ tũc q̄ factũ suũ ꝓmittit: vt hic no. ꝛ verba sunt magis apta ad se obligandũ. quoꝝ aptitudo respicit̃ in verboꝝ obligatiõe. ff. de verb. obli. l. q̃cq̃d. ¶ Sꝫ q̃d si ꝓmittens alienũ factũ iurauit. Rñdeo de iure ciuili nõ valere. C. de legi. l. nõ dubiũ. Sꝫ de iure canonico forte ꝯ. ex̃ de iureiur. c. ex rescripto. vide in sũi. ĩ. proxi. §.

1 ¶ Persone quedã que aliis stipulãdo querere possunt numerantur hic.
2 Institor stipulãdo cui acq̃rat actionẽ.
3 Stipulationes sunt inuẽte vt quis sibi querat.
4 Iudex an et quando stipulando possit aliis acquirere.
5 Notari seu officiales qualiter ꝛ quãdo possunt aliis stipulari.
6 Quid i arbitrio an aliis stipulari possit.
7 Donator paciscendo in rei traditiõe an alii acq̃rere possit.
8 Sipulans alii si premissor iurat se alteri daturum an teneatur.
9 Procurator si quis constituatur ad negotia si fiat de frugi inutilis debitores ꝯstituẽtis an teneantur ei soluere.
10 Adiect⁹ in stipulatione si recipit monetã quam stipulator ñ teneret̃ recipere soluẽs nõ liberat̃.
11 Utile p inutile an et qñ vitietur vel non.
12 Adde ad ideꝫ nume. 12.
13 Ius accrescendi an habeat locuꝫ in cõtractib⁹ inter viuos.

Si quis[a] alii. ¶ In gl. j. dñio. in. fi. † Itẽ multi alii sicut bñficiati bñficiis suis. ex̃ d pecu. cle. p totũ. ꝛ. videbis. ĩ. gl. pxi. ¶ In gl. et est rõ. ibi cũ dicit. rẽ pu. sa. sal. fore:. vide. ĩ. eo. §. si q̃s stipulet̃. ff. de v̾. ob. l. liber homo. §. j. ¶ In ea. gl. ibi cũ allegat. §. si q̃s insulã. sed nõ vr̃ fallẽtia in his casib⁹: q2 nõ alii sꝫ sibi principal'r stipulatur ꝓpter interesse suum ꝛ sibi principalem actionẽ querit vt videbis. ĩ. §. sꝫ si q̃s stipulet̃. ¶ In ea. gl. ibi. cum allegat. l. in cause. §. fiñ. etiã si formet verba in persona dñi q̃uis al's nõ vꝫ: vt videbis. ĩ. §. alteri. Dy. tamẽ tenet cõtrariũ in. l. in oibus. ꝛ est ratio autoritas iudicialis per quã interponũtur. s̃. de diui. stipu, circa princip. ¶ In ea. glos. cũ allegat

a ¶ Si q̃s. Alteri stipulari nemo potest nisi ei cui⁹ potestati sit subiect⁹ extraneus v̾o põt solutioni eẽ adiect⁹. h. d. sꝫ Ang. Cetera dic vt: h p Io. fab.

l.si ꝓcuratori.in cuius persona habeat
cōcipere verba not.gl.ꝙ in sua.vt in.d.
l.si procuratori. Docto.ibi tenēt cōtra ꝛ
in illo ꝛ in omni casu quo acquirere po
test qd̄ non refert in cuius persona ver
ba concipiant sicut nec in tutore vel in
alijs.ꝛ idē videt̃ notare glo.in.l.qd̄ ꝓ
2 cura.ꝛ.i.§.alteri.¶ † In ea.glo.ibi cū
allegat.de insti.l.j.in fin.idē videtur in
omni ꝓcuratore.ff.de act.emp.l.ex em
pto.§.si procu. ¶ Sed glo.intelligit ibi
in institore.vt ibi no.ꝛ in.l.multū.C.si
q̄s alte.vel sibi.nō sic in gestore.vide.i.
§.alteri.ꝛ idē videtur in q̄buscūꝗ ha
bentibus administrationis officiū qd̄
possint acquirere ratione rei quā admi
nistrant: vt baillivis contrariorū ꝓcu
ratoribus operū publicoꝝ ad instar tu
torū ꝛ curatorū ꝛ rectores eleemosyna
rum vel alioꝝ officioꝝ eadē rōne.ff.qd̄
cuiusꝗ vniuersi.l.fin.de vsu.l.caius in
stipulando.tn̄ est seruādus ordo.ff.de
admi.tu.l.quoties.nō tn̄ necessario: vt
ibi not. ¶ Item quicūꝗ simplex ꝓcura
tor pōt acquirere vbi ex re dn̄i stipulat̃
vt.l.qd̄ ꝓcu.ff.de ꝓcura.al's nō videt̃ ꝙ
procurator acquirat dn̄o sine cessione.
ff.de acq̄r.pos.l.posses.quoꝗ.§.fin.vide
retur em̄ iustū ꝛ equū ꝙ p̄dicta.l.j.§.fi.
cū.l.seq.de insti.obtineret in omni ꝓcu
ratore ꝙ actio detur dn̄o in subsidium
procura. mortuo sine herede.arg.C.de
act.et obli.l.j. ¶ Item in mutuo ꝓcura
tore acquirit dn̄o certi cōdi.ff.si cert.pe.
l.certi cōdi.§.si nūmos.ꝛ in casu actiōe
ex stipulatu.eo.titu.l.si pecuniā.ꝛ iūge
3 .i.qd̄ cū eo.vbi plenius dicā. ¶ † In ea.
glo.ibi cū allegat.§.ex his.ibi videtur
loqui in p̄torijs seu iudicialib⁹. ¶ Sed
quid in cōuentionalib⁹. Nō videt̃ idē
qꝛ nō reperit̃.ꝛ stipulationes inuente:
sunt ad hoc vt vnusquisꝗ sibi acquirat
i.§.alteri. Preterea omnes text.viden
tur cōcludere ꝙ publica ꝑsona semꝑ sti
pulatur vbi pars nō potest stipulari.vt
d.l.ij.et.l.iij. rem pu.sal.fo.eo.ti.seruū.
ꝛ.d.l.quoties.de admi.tu. Igitur in cō
uentionalibus q̄ cōficiuntur mera vo
luntate q̄d ad ipsum si partes conue
niāt si velint inter se.ꝛ pro hoc facit qd̄
no.in cor.de execu.ꝛ qui cū ꝛc.sup verbo

cautionē.vt autem super hoc plenius
instruaris: ꝛ ne he glo.te decipiant.sci
re debes ꝙ iudex stipulari pōt.ꝛ istud
nō reperitur in multis legib⁹ exp̄ssum:
nisi de magistratu.in.§.exigere.tamen
hodie bene expressum est.ex̃ de vsu.ca.
ꝯ̃ꝯ̃.li.vj. ¶ Preterea si lꝫ minori mul
tomagis ꝛ maiori.et in.§.ex his.be
reperitur ꝙ recepit renuntiationē.si
stipulatione nō loquit̃.itē notarius se.
tabellio public⁹.de hoc.C.eo.l.cum a
gnatos.et.d.l.ij.rē pu.sal.fo.de adopt.
l.non aliter.S.de adop.§.cum autem.
ff.de vsu.l.caius. scd̄m vnum intelle
ctū.et multis alijs legibus. ¶ Itē dicit
glo.vel simili publica persona. Que
deo q̄ est ista similis persona.certe offi
cialis seu executor curie.in.d.auten.
his qui con.ꝛ recon.que est.C.de lit.co
testa.aut̃.libellū.ff.de in ius vo.l.eum [illegible] 5
pro quo quis.ꝛ.l.iij.ff.rem pu.sal.fo.C.
de ope.no. nun.l.fi.itē de iure canoni
co sacerdos proprius.ex̃ de cōuer.cō
iuga.c.dudū Sed Hosti.dicebat ꝙ illud
fecerant sacerdotes de mādato epi.ho
die est expressum cōtra.ex̃ de vsuris.c.
4 ꝯ̃ꝯ̃.li.vj. ¶ † Igitur redeundo ad [illegible]
gularia credo ꝙ iudex nō possit acqui
rere nisi in rebus et causis que ad eius
pertinent officiū: ꝛ in casu quando non
est pars que stipulari possit.et hoc [illegible]
expressum ca.ꝯ̃ꝯ̃.et.d.§.exigere.ꝛ.d.l.
seruū.hoc etiā not.in.d.aut.de execu.
lꝫ videat̃ notari cōtra.C.de tabel.l.ge
nerali.sed illa in tabellione.de quo [illegible]
dicetur. Et est optima ratio: quia huius
modi stipulationes fuerunt inuente in
subsidium ꝛ cōtra ius commune: qꝛ de
iure cōi vnusquisꝗ debet sibi stipulari
i.§.alteri.ideo in terminis suis tenen
dū.ꝛ hoc etiā sentit Inno.in.c.dudū.s.
allega.ꝛ bn̄ apparet ꝙ hoc fit in subsi
diū: qꝛ lex dicit ꝙ seru⁹ emēdus est pu
pillo ꝑ stipulando si habeat de q̄ [illegible]
he ꝑsone stipulent̃.vt.d.l.ij. Et credo [illegible]
si nō ꝑtineat ad officiū sicut in mere vo
luntarijs cōuentionalib⁹ cito extra [illegible]
dictalibus ꝙ nō valet stipulatio.imme
nec in illis si sit ꝑsona p̄sens qui sibi sti
pulari possit seu ꝑsona eius iuri subie
cta ꝑ dicta iura q̄ dant ordinē: ꝛ nō [illegible]

ministerio.vt videt ibi.Sz huic obstat qd nota.in.d.l.quoties.de admi.tu.vbi dicit glos.q valet stipulatio etiã si turbet similis ordo.sz supposito qd illa gl. esset tex.non est idẽ q in tutore z pupillo z alijs publicis psonis:qz tutori nedũ permittit.immo iniũgit p vtilitate pupilli stipulari his aũt nil iniũgit sed pmittit in casib9 pdictis pter necessitatẽ z apparet q nõ est idẽ q in tutore: qz ille nõ dz emere seruũ p stipulãdo: sed iudex hoc dz facere.vt.l.ij.ff.rẽ pu. sal.fo.itẽ ob.q si absenti põt acquirere: vel als impedito multofortius psenti. ff.de ver.obli.l.si pcu.presentis.Sz ratio est hec:qz hoc est repertũ i subsidiũ tm.vt.s.dictũ est ex necessitate quadã. in procu.nõ sic.Preterea pcurator hz mãdatũ a dño et ei9 psonã representat
5 magis q iudex.¶†Circa ho acquisitiones seu stipulationes que fiunt p notarios seu officiales:credo idẽ.nõ ob.eo qd not.in.d.l.generali.z per iura predicta.Et plus qz illi nõ possunt sine iussu iudicis stipulari nec acqrere iudex ho põt sine iussu.z ita not.Inn.in.c.dudũ. s.alleg.z ptz in.d.c.qsqs.de vsur.s.allega.et hoc satis dicit in.d.l.ij.rẽ pu.sal. fo.ibi apud tex.ptorẽ zc.z p hoc posses per multas procurationes z lras alias impugnare in quib9 notarij stipulant absq iussu iudicis.¶Quod aũt dixi in sacerdote qd possit stipulari sine iussu iudicis.hoc intellige in actib9 morientium z psciẽtie in quib9 esset periculũ iussum expectare in alijs non crederẽ.z satis innuit text.in.d.c.qsqs.ibi cautionem huius psentis pstitutionis autoritate.q.d.q nõ als de iure cõi cõcederet: z facit qd cõsueuit dici iuxta.c.cũ esses. cũ de testi.z p hoc credo q iudex nõ possit stipulari in negotio cuius iurisditio ad ipsum nõ pertinet.vel rõne rerũ vel personarũ:qz quo ad illos est priuat9. z sicut dixi nõ potest stipulari nisi negotiũ tangat ei9 officiũ:sz satis põt dici q si pmissor in hoc prorogeet iurisditionẽ eius z se subijciat q valeat stipulatio. ff.de iurisdi.om.iu.l.receptũ.de iudi.l. j.z bene facit qd not.in simili.ff.de tu.z cura.da.ab his.l.diu9.Et idẽ si officialis vel notarius stipularetur de iussu iudicis z rogati in casu predi
6 cto.¶†Sed qd de arbitro.Ur idẽ:qz ad morez iudicũ redacta sũt zc.[a] Sed põt dici ptra:qz priuata psona est arbiter. ff.d arbi.l.arbiter intra
7 certã diẽ.¶†In ea.glo. cuz alleg.l.quoties.sup hoc reperies iura varia quedã em leges dicunt q ex pacto apposito in rei traditione acquirit alij.vt.d.l.quoties.et.l. publica.z.l.caius.C.de pac.cõ.l.pater.ad exhi. l.si res.de pig.act.l.si cũ vẽderet.Alia iura.dicũt cõtra.ff.ad trebell.l.debitor.§.fi.C.de dona.cũ res.ff.de pact.do.l.inter socerũ.§.filia.C.de pac. con.l.pactũ.de iure do. l.si genero.ff.de solu.l.si cum cornelius.Docto. cõsueuerunt dicere in.l. cum reg.C.de dona.qd ibi ideo nõ querit actio qz alia via creditoribus puisum erat.Que solutio nõ videtur sufficiẽs: qz in.l.si res.etiam alia via erat puisum.z in.l. si cũ vẽderet.Pe.de bel. perti.parũ dicit hic.sed ibi cũ gl.allegat.l.quoties.opponit de.l.ff.ad trebel.l.debitore.§.fi.et soluit q debitor maritus nõ habebat dotem ex causa lucratiua.ideo non mirum.si nõ potuit onerari p pactũ filie.ff. man.l.iul.in.l.quoties. habebat cãm lucratiuã nihil aliud dicit ptinẽs ad hoc.§.nisi.q aliquãtulum tractat materiaz quãdo cõmittat stipula

a ¶Ad morẽ iudicuz redacta sũt zc.add hoc esse verũ in arbitris iurĩ z statutarijs.vt not. cano.z pser tiz Feli.in c.fi.col.pe. et fi.ho.snie arbitratis ex de re iudi.z an eqparent iudicib9 ordinarijs vt delegatis ponit idez Fel.vbi.s. ver.vñ dicit Bal.

tio penalis q̄ nō ē ꝓprie hic. supponit̃
ergo ꝙ vbi recipiens hʒ lucratiuā cāz
pōt onerari pacto. vt tertio q̄rat̃ actio.
Sʒ ꝯ̄ hoc est. l. cū res. de dona. vbi habe
bat tn̄ lucratiuū. ⁊ valet pactū. Itē ꝯtra
hoc ē. l. si cū vēderet. vbi habebat nō lu
cratiuū: ⁊ tn̄ vʒ. ⁊. l. caius. ⁊. l. pr̄. Preter
ea q̄d refert ex qua causa ille qui pacto
onerat̃ haberet rem cū certū sit ipm̄ ex
volūtate ⁊ cōuctione onerari. Preterea
videretur dicendum quod aut pactum
apponit̃ in traditione ꝓ tertio q̄ ē dn̄s
rei vel ad quē ꝑtinet: vl' al's ꝑtinere de
beret: ⁊ tūc de rigore nō agit: sʒ d̄ eq̄tate
dat̃ vtilis. vt. l. si res. ad exhi. ⁊. l. pr̄ de
pac. cō. ⁊. l. caius. so. ma. Si ṽo pactum
apponit̃ ꝓ alio tūc si donare voluit illi
pro quo apponit dat̃ ei actio ex eq̄tate.
vt. l. quoties. s̄. alleg. alias no. vt in iu=
ribus allegatis ꝓ ꝯ̄rio. ¶ Sʒ nōne sem
per vr̄ donare ex quo stipulat̃ ei reddi.
rn̄deo nō. ff. d̄ do. l. donatiōes. §. pe. nisi
hoc dicat vel rō affectiōis hoc faciat p̄=
sumi. ff. de ꝓba. ꝓcur. de dona. iter vi. ⁊
vxo. l. si seruꝰ cōis. ¶ Cur ergo acquirit̃
matri. in. l. debitor. §. fi. cū ibi presumat̃
affectio. Dicas ꝙ loquitur ẞm antiqua
tempora sed ẞʒ iura. C. acq̄retur vtilis
per. l. quoties. Uel dicas ad. ll. que di=
cunt non acquiri verū est de rigore: sʒ
de equitate sic. per. l. codi. in casibꝰ pre
dictis rationes autem premissorum sa
tis patent. q2 iura fauēt dn̄is ⁊ interest
plus eorū agere ex pacto quā rei vē. in
qua vix ꝓbarēt. ⁊ qd̄ dixi de dn̄is idem
crederē de quasi dn̄is cū equiparentur
quinimmo de omnibus qui rem ꝓ suo
tenebant si pactū apponat̃ per illos q̄
causam habebant ad eis et qui eis re=
stituere tenebant̃ rem ab ipsis traditaʒ
secus si alias debitam per. l. cum res.
8 ¶ † Sed quid si quis alteri paciscat̃ vl'
stipulatur. ⁊ promissor se obliget iura=
mento. rn̄deo de iure ciuili nō valet. vt
dixi in simili. s̄. proxi. §. Sed Jo. glo. de
cretorū videtur tenuisse ꝙ is. §. sit cor
rectus de iure canonico. maxime quan
do appositum fuit iuramentū: vt no. j.
q. vij. quoties. Ego non credo hoc ma=
xime: q2 de iure canonico nouissimo est
speciale in certis personis ⁊ casibus ꝙ

alij acquirant. vt. c. ꝑcꝗ. sepius alleg
to. ⁊ sic in contrarium est ius com
ne. Sʒ bene credo qd̄ vbi iurame
fuit appositum qd̄ eccl'ia debet co
re ꝓmissorem ad tenendū iuramen
⁊ sic quo ad hoc possit verificari q
9 dicit Jo. ¶ † In gl. non tamen
ibi cum allegat. l. cum quis
per. l. illam potest dici ꝙ si quis a
rus cōstituit procuratorem ad
cum potestate exigēdi: ꝙ si proc
mutauerit conditionē suaʒ de
prodigum qd̄ debitores non li
soluendo tali. subaudi sciēter
dicit esse casum. ff. de solu. l. si c
nelius: pro quo facit. ff. de test
ter. ¶ Sʒ quid si erat talis temp
stitutionis. cōstituens tn̄ ignor
bitor sciebat: ⁊ tali sciens solu
idem si constaret sibi de ignora
stituētis per. d. l. ff. de confir. tu
tem. sʒ in casu quo constituens
deretur liberatus. ff. pro empt. l.
cū sciret. ⁊ idē dicerem de execu
vltime voluntatis quos ep̄us
remouere si mutata fuerit co
ditio vel ab initio fuerint insuffi
vide. C. arbi. tu. l. fina. vbi scrips
ꝙ is. §. obtinet quādo adijcitur
iūctiua aut secus si diceret ⁊ m
proxi. quia tunc adijceretur ad
tionē quo casu non operat̃ adiect
10 ff. de ver. obli. l. cum qui. §. ij. ¶ † In
nisi in casu. in fi. ⁊ per hoc videtur
adiectus reciperet monetam
pulator nō teneret̃ recipere qu
uens ei non liberatur. ¶ In gl.
ibi cum allegat. l. qui fideiussor
patitur. eo. titu. ¶ In glos. tenet
d. l. vero procuratori. §. interdū
tellig is quod not. ff. de sol. l. cum
mihi rome. de vsufru. l. sed si
letur. ⁊ hoc nisi animo donandi
qd̄ nō presumit̃. vt no. § q̄ in fi
adijceretur in facto ꝙ filius
ris nō iteresset: vt. §. mihi rome
tunc enim non videtur habere
obligādi adiectū sicut nec si
alieno, edificasset. vt. s̄. de re di
11 uerso. ¶ † In glo. pro parte. in §.
brocardo consueuerunt glo. di

re an vtile ⁊ inutile pñt separari vel nõ primo casu vitiet. secundo non. vt not. ff. de vsufru. l. pecunie fenebris. per. l. ĩ. §. trebati⁹. ⁊ §. item queritur. de aqua quotidiana ⁊ esti. de condi. fur. l. si seruus. §. bone. ¶ Sed contra hoc instat: quia seruitus est indiuidua. nisi seruitus vsufru. ff. ad. l. fal. l. vsufru. ⁊ tamen in eo inutile non vitiat: vt in le. ff. cõmunia predi. l. propriũ. Dy. distinguit tres casus extra de re. iu. c. vtile. dicit enim ꝙ quãdoq; reperiunt duo ꝯcurrere ad ꝯfirmationẽ alicui⁹ actus quorũ vnum vtile alterum inutile: tunc si vnum sufficeret vz qd agitur. ff. qd cum fal: tuto: aut. l. j. §. põp. meli⁹ in. §. interdũ. de arbi. l. sed si ita. alias si vtrumq; requireretur nõ vz. vt. l. parui. §. j. allegata pro contraria. sed ꝫ primum mẽbrũ est manifeste extra de offi. deleg. cũ super vbi alter solus poterat. ⁊ tñ propter adiunctũ inutile totũ vitiat. Sol. q̃cq̃d agant hoĩes intentio iudicat oẽs. nã si anim⁹ agentis negotium erat talis quod negotium virtutẽ reciperet ex vtroq;: tũc non valet etiam si vnum sine alio esset sufficiens: qꝛ intentio non fundabatur sup vtili. ⁊ hoc si de hoc ꝯstat: al's i dubio procedere deberet qd Dy. dicit. Qñ ꝙ act⁹ cõstat ex plurib⁹ q̃busdã vtilib⁹ q̃busdã iutilib⁹ ⁊ talia plura sub eodẽ actu cõprehendũtur: et tunc distinguit an possint separari vł nõ ẽm Dy. ¶ Sz ob. l. ꝓpriũ. ⁊ l. fundus ille. q̃ statim allegãt. j. gl. pri. Itẽ. ob. ff. de pecu. le. l. j. ⁊ ij. ff. de ꝯdi. ⁊ demõ. l. cũ tale. §. meuie. põt al'r distigui: qꝛ aut act⁹ vtiles ⁊ inutiles se habẽt ꝑ modũ principalis: aut alterũ ꝑ modũ pricipalis: alterum per modũ accessorij. primo casu aut idez põt assignari cogẽs qd vtile dẽat ad se trahere inutile: ⁊ tũc trahit. vt. l. fund⁹ ille ff. de do. inter vir. ⁊ vxo. ⁊. l. si sponsus. §. ij. aut econtra quod inutile trahit ad se vtile: ⁊ tunc inutile trahit. de fal. l. filius emãcipat⁹. ⁊ dicta. l. ꝓpriũ. aut nõ põt ratio assignari maior in vno ꝙ̃ in alio: sed quolibet habet rationez suaz separatã et absq; icõueniẽtia pñt separatim iudicari: ⁊ tunc vnũ nõ trahit ad se aliud: sed vnum remanet vtile aliud inutile. C. de dona. l. sancimus. ⁊ ħ. ⁊. d. l. j. §. sed si nihil. ¶ In scdo casu qñ alterũ se hz ꝑ modũ ꝑncipalis: tũc aut erat queiuũ in vtroq;: ⁊ tũc ꝑ vnũ nõ vitiat alterũ. de pecu. le. l. tũc inutile. aut nõ: ⁊ tũc aut per accessoriũ deuenit ad principale. ⁊ potest dici quod vno vitiato vitietur aliud. vt in. d. §. meuio. Aut non tũc vitiato principali vitiatur accessorium. vt. d. l. j. ⁊. ij. de pec. leg. ã. de lega. §. si q̃s ancillas. qñq; sunt plures act⁹ distãtes ⁊ separati quorũ alterũ vadit ad destructionẽ alterius. ⁊ illud membrũ ꝓseq̃re vt Dy. ibi. qꝛ nõ tang. ı hãc
12 materiã. ¶ †Modo re[...]eam⁹ ad declarandũ aliquãtulum hmõi mẽbra: aut rõ põt ⁊c. ⁊ õ hoc ꝑt ponere exẽpliũ. ff. q̃ ad. li. ꝓcla. non li. l. fi. §. fi. vbi eñ rõ est ꝓ vtili videlicet bonãfides illius emẽtis. Itẽ qꝛ malafides vnius nõ debet nocere alteri. itẽ ex parte vendẽtis erat intẽtio se insolidũz iugo seruitutis supponendi sciẽter. vñ rõ dictat qd vendẽtis sctẽtia ⁊ alteri⁹ emptoris ei nocere debeat. nõ aũt alij ignorãti qui bonãfidẽ habebit. eodẽ mõ in. l. fundus ille erat intẽtio vẽditoris totũ vẽdere: ⁊ defect⁹ sit quin totus sit vẽditus perueniebat ex parte emptoris qui aliũ intẽdeat associare. ideo expedit venditori qd totus sit venditus: qꝛ sic satisfit rationi ⁊ nullũ sequit incõueniẽs. ⁊ eodẽ modo in. §. gñaliter. qꝛ cuz prohibitio sit quodãmodo cõtra ius cõmune nõ est mirũ si vtile trahat eã: sed secus in casu isti⁹ §. qñ promittit ex causa donationis: qꝛ tũc magis expedit ꝓmissionez in parte nõ tenere ꝙ̃ si tota teneret. ⁊ hec rõ not. ff. de acquir. re. do. l. per seruuz. §. quod vnus sed econtra vbi fortior ratio facit ꝓ inutili vitiat vtile. vt in. §. itez querit ibi eñ fortior est ratio ꝓ inutili: qꝛ vbi vtẽs aqua aliam immiscuit. ⁊ ita facto suo dãnificat aliũz ⁊ alio modo vtiq; ꝙ̃ deberet. Idcirco maior ratio est ⁊ quod ipse prohibeat in totum ꝙ̃ qd vteretur in totum ne lucret ex culpa sua. ideo in totuz prohibetur. Itez in. l. propriũ. qñ stipulat sibi ⁊ socio. ratio est qd inutile trahat ad se vtile: qꝛ sequeret absurdũ iuris qd vnus posset querere seruitutẽ

aliʒ quod est contra ius
vt ibi ⁊ sic potes dicere
in multis aliis casibus.
⁊ per hoc videtur quod
si res idiuidua vertere
tur in obligatiōe vel ali
qua alia cuius rō trahe
ret totū ad alteram par
tium quod non obtine=
ret is.§.imo.aut tota sti
pulatio valeret:aut to=
ta annullareẗ per predi
B cta.℄ †Et no.ꝙ ꝑ hunc
.§.cum concor. consue=
uit dici ꝙ in ꝯctibus in
ter vivos nō est locꝰ iu=
ri accrescēdi.ff.de verb.
ob.l.si mihi ⁊ titio.de li=
be.causa.l.liberum.§.si
duo.queādmodum ser.
amit.l.aquam.in fi.⁊.d.
l.per seruū.§.qđ vnus.
aliq̄ inducūt in feud.de
duo.fra.de nouo bene.
inuest.c.j.⁊.ij.q̄ feu.da.
pos.c.j.sed illa parū fa=
ciūt:qꝛ ibi agitur de suc
cessione non de iure ac=
crescendi.Sed pro con=
traria pte facit.ff.đ aut.
tu.l.seruꝰ cōis.s.de sti.
seruo.§.fi.Sed ibi nō iu
re accrescēdi.imo ab ini
tio illi qui capere pōtest
totum acquirit ex dispo
sitione legis perinde ac
si esset seruus solus illiꝰ
iteʒ facit.C.si libera.im
peria.so.sine here.dece.
l.j.li.x.ibi nil agitur de
iure accrescendi sed de=
successione.℄ Item fa=
cit dicta.l.fundus ille.
Sed ibi ex proprio con
tractu totuʒ acquiritur
lege disponente.Et idē
dicas ad.l.iul.§.idem
celsus.đ ac.emp.de bo.
li.l.communi liberto.de
assig.liber.l.vtrum.ad
l.cor.de fal.l.filius emā

a ℄ Si vo. Si pr̄ stipu
laẗ filio ac=
quiritur si
bi cetera h
late prose=
quiẗ. Joan
nes fab.

cipatus.§.j.qꝛ in nulla reperies qu[...]
hoc sit iure.accrescendi:ſʒ ꝓpter indi[...]
duitatē vel aliā rōneʒ:nisi in vsuf[...]
not.ff.de vsufruc. accres.l.j.§.quoti[...]
℄ In glo.scilicet per patientiam.v[...]
proprie ius accrescēdi locū hʒ qñ du[...]
bus vel pluribꝰ poterat res acqui[...] 2
alter repudiat.sicut ptʒ in materia[...]
qñ non peten.par.pe.accrescen.
1 ☞ Pater an semꝑ stipulādo acqu[...]
filio.vide distinctionem.
Adde ad idem nume.2.⁊.3.
4 Pater si stipulatur a magistro ꝙ fi[...]
instruat in aliqua scientia vel art[...]
an valeat.
5 Pater an stipulādo filio in peculio [...]
uētitio possit sibi acquirere ꝓprieta[...]
6 Quid si pater stipulatꝰ sit filiis na[...]
ris ⁊ nascuntur in vita:an valeat.
7 Pater si stipulatur filio ire licere [...]
per fundū vicini ad fundū pecul[...]
aduentitiū:aut acquireret noie fili[...] 3
risditionem:aut aliud ius:an vale[...]
8 Quid si pater stipuleẗ sibi ⁊ liberis [...]
an valeat.

a **Si vero** [a] **qui.** ℄ In gl[...] de ver[...]
si.gl.ſʒ huic.§.ob.ff.de v̄.obli.l.qđ[...]
de pac.do.l.cū dos.đ pac.l.tibi.§.sip[...]
1 dus.†vbi pr̄ nō acquirit filio neces[...]
vox immo diuerse voces reputantur[...]
diuerse stipulationes.℄ Dicas plen[...]
qꝛ aut pr̄ stipulaẗ filio emancipato au[...]
in ptāte cōstituto.Primo casu nō [...]
rit filio.C.de in.do.l.si genero.⁊ ib[...]
⁊ hoc tenet Dy.in.l.qđ dr.s̄.alle.nisi[...]
casu quo extraneo posset pacisci vel [...]
quirere.de q̄.s̄.§.pri.scripsi.vide ibi[...]
nō ob.ff.sol.ma.l.caius.vbi acquir[...]
beris filie q̄ nō sunt in ptāte ⁊ alie l[...]
ges q̄ cōcordāt cū.d.l.caiꝰ.q̄ loquu[...]
in casibus suis:vt ibi scripsi ℄ Se[...]
opi.ob.ff.de castrē.pe.l.ex castrensi [...]
pr̄ acquirit filio in castrēsi peculio[...]
filius quo ad castrēse peculiū hr̄ [...]
tretā.ff.ad maced.l.ij.⁊ multo fo[...]
derctur qđ filio emancipato acqui[...]
deberet.⁊ hanc opi.tenet Ja.đ ra[...]
p.d.l.ſʒ satis.nōt dici ꝙ nō acq̄rat [...]
cipato:nec ē bonū argumētū de ca[...]
si peculio:qꝛ pater maius ius hʒ in [...]

q̄ i bonis emãcipati qđ appet:qꝛ illud
occupat iure peculij.sʒ bona emãcipa
ti.nõ p̄terea pr̄ reputať q̄si dñs castrẽsis
peculij.ff.de ca.pe.l.ꝓponebať.ꝛ.l.fili⁹
ꝛ.l.de hr̄ditate.§.j.ꝓpť qđ vr̄ pria opi.
gl.ꝛ Dy.verioꝛ.nã cũ pr̄ nõ possit acq̄re
re filio i ptãte ꝯstituto.vt.ĩ.patebit mul
2 tomin⁹ in emãcipato.¶ †In scđo casu
qñ stipulať filio i ptãte ꝯstituto gl.disti
guit:qꝛ aut stipulať filio vt heredi.aut
vt filio:aut vt extraneo:aut filio i ptãte
bñ merito:aut ẽ dubiũ.vt no.ff.de pac.
l.si tibi.x.§.si pact⁹.Alij dicũt q̄ aut sti
pulať dari aut fieri.ꝛ si fieri aut p aliũ
ip̄i filio:aut p ip̄m filiũ alij.vt no.i.l.qđ
dꝛ.ꝛ ibi Dy.dicit q̄ ꝯiũgẽdo illas duas
gl.hẽs plenã notitiã hui⁹ materie.ꝛ mi
hi vr̄ q̄ p illã hẽas ignorãtiã.nã pria di
stinctio gl.vr̄ isufficiẽs.ibi eñ dꝛ q̄ vbi
pr̄ stipulať filio vt herẽdi dať directa:ꝛ
i dubio vr̄ vt heredi stipulari.ꝛ sic illa
distictio vr̄ loq̄ qñ pr̄ post mortẽ suã sti
3 pulať.¶ †Quid ğ si i vita distinctio p̄-
dicta nõ te istruit.Itẽ p̄dicta distictio ẽ
isufficiẽs:qꝛ loq̄ť đ excẽptiõe doli:nõ de
actiõe doli q̄rẽda.ꝛ ita illa gl.nõ plene
loq̄ť:nec plene istruit.¶ Preterea p̄di
cta distictio hʒ necessario itelligi qñ pr̄
post mortẽ suã stipulať:qꝛ si i vita sibi
acq̄reret vľ nulli.vt.d.l.qđ dꝛ.ꝛ sic i illo
casu nõ posset obtineri p̄dicta distictio
ꝛ i hoc ẽ isufficiẽs.nã nõ đclarat nec ple
ne distiguit qñ fiet stipulatio i vita vľ
post morte i q̄ cadit distictio vt.l.qđcũq̄
§.ij.itẽ illđ qđ no.i.d.l.qđ dꝛ.nõ vr̄ ꝓce
dere.dicit eñ ibi gl.q̄ vbi stipulatiõe p
patrẽ fcã v̄tiť factũ p filiũ faciẽdũ nõ vʒ
sʒ vbi vertiť factũ p aliũ filio faciẽdum
bñ vʒ:qꝛ nõ ꝯferť i p̄sonã filij hoc nõ vr̄
ꝓcedere:qꝛ oĩ fcm̃ ꝯcurrit circa p̄sonas
illoꝝ q̄ edũt et q̄b⁹ edunť.ff.de ope.li.l.
ope.ꝛ sic aliq̄d ꝯferť i p̄sonã filij.¶ Pre
terea si bene cogites in.l.qđ dꝛ.nõ vr̄ in
stipulatiõe factũ a filio faciẽdũ:ibi eñ
pr̄ stipulabať a tio filio ire agere lice-
re.Certe i hac stipulatiõe nõ v̄tiť qđ fi-
li⁹ eat vel agat:nec ad hoc q̄d obligať
nec q̄sq̄ hoc ꝓmisit.Sʒ vertiť q̄ posses
soꝛ nõ ipediat eũ ire agere:vt.l.stipula
tio ista.ff.de verb.obli.ꝛ scripsi.s.e.§.si
q̄s aliũ ꝛ ita factũ.nõ promittẽti o est in
obligato nõ factũ ipsi⁹ filij vñ glos.illa
vr̄ errare manifeste salua reuerẽtia sua
propter quod dicas plenius:quia aut
pater paciscitur vel stipulať pro filio:ꝛ
ad ei⁹ liberationẽ:ꝛ tũc pactũ vʒ indi-
stincte si pater noie filij ꝯueniať seu cõ
ueniri possit.ff.de iureiur.l.qui iurasse
.§.j.ff.de pac.l.hr̄di.§.nos aũt.ꝛ ꝓdest
vterq̄ patri ꝛ filio vt ibi.¶ Si vero pa
ter non posset cõuenıri:quia filius non
habebat peculium.tunc potes distigue
re.vt.d.gl.in.§.si pact⁹:qꝛ aut paciscıť
vt heredi ꝛ post heres efficiť:ꝛ tunc da
tur directa exceptio.aut simpliciter:tũc
doli.illud autẽ mẽbrũ quod sequiť in
glo.aut vt extraneo:tunc nulla:nõ mi-
hi placet nec leges quas gl.ibi allegat
faciũt.qꝛ loquũtur qñ pr̄ stipulatur ad
obligãdũ.de quo statiʒ subijcieť.¶ Pre
terea talia verba ꝓmittis vt extraneo,
ꝛ alˀs bene merito nõ vt filio.nõ abdi-
cãt filiũ nec iura filiatiõis tollũt:qꝛ nõ
nudo ꝯsẽsu ꝛc C.de emãci.li.l.nec au⁹.
ff.de pac.l.ius agnationis nec tales ex
pressiões vel dispositiões iuris immu
tãt.ff.de castrẽ.pec.l.sʒ si forte.vnde ta
lia v̄ba essent valde extranea i stipulã
do:ꝛ ip̄e esset bñ fatuus talia apponere
ꝛ miroꝛ vbi glos.atores repierũt hoc.sʒ
huic opinioni ob.§.si pact⁹.sʒ intellige
quod non prodesť filie directa etiam si
heres extitit ex quo nõ paciscebatur vt
heredi.sʒ ꝓdest exceptio doli.vt.§.nos
autem.¶ Si vero pater stipulatur vbi
paciscitur filio alium obligando.tunc
aut stipulať simpľr aut post mortẽ suã.
Primo casu aut tale q̄d vertiť i obliga
tione qđ est acq̄sibile.ꝛ tunc ad ipsum
patrẽ trãsit ꝛ sibi ipsi acquiritur:vt hic.
ꝛ.l.qđ dicitur.ꝛ.l.eũ qui.§.ij.aut de na-
tura rei est acq̄sibile filio:qꝛ forte eius
personam solũ ꝯcernit ꝛ nõ patris:tũc
nihil valet stipulatio nec filio acq̄riť
vt.l.qđ dꝛ.ij.r̃ñso.ff.de iu.do.l.cum dos
ꝛ hic i fine.cũ dicit in his reb⁹ que tibi
ꝛc.ꝛ hoc nisi tẽderet ad exonerationeʒ
4 patris.¶ †Quid eñ si pr̄ stipuletur a
magistro quod alat et instruat filiũ in
aliqua scientia vel artificio.dic q̄ in vi
ta patris non valet.ff.de pact.l.ꝛ he-
redi.§.nos autem.¶ In secundo ca-

a ¶ Post mortē. Vide h ange. in .ij. colū. post me. in ꝟ. quid autem si ꝯferat. Itē inducit hic i fi. ij. col. angel. vnā q̄stionē. pater recipit in emphiteosim ab eccl'ia ꝓ se & pro filijs. ꝙ videt pacisci pro filijs vt filijs nō filijs vt heredibus q2 de natura emphiteosis ecclesie est ꝙ nō trāseat ad heredē extraneum vt in auk. de nō alie. §. emphiteosim. & iō si pater instituat filios ex disparib9 partib9 tm̄ emphiteosis diuidit eq̄liter: & etiā si repudiarēt hereditatē paternam tm̄ emphiteosim debent habere: vt hic p ang. allegantē Jac. de belui. et Barto.

su qn̄ post mortē stipulatur filio acq̄rit vtilē fm oēs gl. & doct. vt. l. q̄d cū q̄. §. ij. et si bn̄ respicias hoc volūt tex. qui nūq̄ faciunt drīam: nisi inter res acq̄sibiles & nō acquisibles. ¶ Modo videam9 de rōnib9 diuersitatū: & certe quatenus tangit prima mēbra. ꝙ pater melius acquirat ad liberandū q̄ ad obligandū ptz rō vulgaris: q2 ꝑniores sumus &c. ff. de act. & obl. l. arrianus. ¶ Sed quatenus tāgit duo mēbra sequentia q̄rit quare melius acquirit filio stipulando post

mortē a q̄ in vita. Potest 5

dici ꝙ q̄diu pater viuit filius nō h3 integrā personā, & est sub regimine patris. & ideo iura non curāt q̄d ei aliq̄d queratur per patrē in vita sed post mortē ei9 sic. ¶ S3 ꝯ hoc obijcitur q̄d pater post mortem nō debeat stipulando acq̄rere filio sed sibiipsi: q2 in stipulationib9 inspicimus quo ad acquisitionē tempus stipulationis interposite. ff. de ver. obl. l. si fili9. q̄uis suspendat vel differat stipulatio per euētum cōditionis. igit. vr̄ q̄d stipulando post mortem debeat sibi acquirere non filio inspecto tpe interposite stipulatiōis. ¶ Sed ad hoc posset dici q̄d illud obtinet vbi stipulatio suspēdit per conditionē extrinsecā secus si agat vt in aliq̄d tps differat. ff. de stipul. seruo. l. si. ¶ Sed forti9 opponit illa stipulatio

nō valet que ꝯfert in tps quo finiret… tenere nō posset. C. de do. ante nup. l. q… spōse. sed qn̄ ꝯfertur post mortē pa… cōfert in tps quo filius futurus est… iuris quo casu acquirere non posset… nec teneret stipulatio. vt. l. si genere… ibi notatis. s. allega. ergo nec isto… acquiret: immo nec valebit stipula… ¶ Solu. verum est q̄d non valet nec… quirit de rigore: sed ex quadā equi… dispensatiue valet vc3 vt vtilis acq… ratur. Uel si velles posses dicere q… §. de lege quocūq3 intelligatur in c… quo posset stipulari alij. vt. l. caius… continuat in commune. Sed fm h… ille nō restringeret vel posset intel… qn̄ in vita stipulat sibi & post mor… filio: tūc em̄ videt valere iure pa… ¶ Sed huic ob. l. cu3 dos. vbi est… & tn̄ nō prodest pactu3 filie. iunge… proxi. ¶ † In glo. vt in ꝑfectitio… nunquid proprietatem pōt acquir… filio. vr̄ ꝙ nō: q2 illa patri non acq… per allegata. s. pxi. §. glo. videt… contra. ff. de verb. ob. l. dn̄s. in glo… ¶ Preterea ꝓ hoc facit: q2 ex quo… rit in castrensi peculio. vt. l. ex castr… s. allegata. multo fortius in aduē… vbi pater h3 maius ius. & hoc non… dubitabile iure isto. & ff. sed q̄d de… nouo. adhuc. d. glo. idē sentit pro… facit. C. de bo. que libe. l. fi. §. non au… vbi iniungit patri q̄d de pecunia… titij acquirat nomine filij heredita… Item acquirit infanti hereditate… §. vbi autē. de iu. delib. l. si infanti… & facit. d. l. ex castrensi. Sed multum… predicte leges q̄d dicitur. & alie le… dicunt stipulatione3 non tenere… q̄ non sunt acquisibilia patri: s3 p… quod castrēsia & aduentitia cens… acquisibilia propter legitimam ad… nistrationem vsufruc. quod cōsequ… in aduētitijs et castrensibus cen… quasi dn̄s: vt. l. de hereditate. §. i. de ca… strensi pecu. ¶ Quid ergo in casu… q̄bus nil queritur. de q̄bus habes… bo. q̄ lib. & in auk. ite3 excipit. l. q̄d… alijs. Nō videtur quod pater possit ac… quirere filio p. l. q̄d dicitur. s. alle… ¶ Sed pro deo cur ita bene quer… in dote

in dote profectitia cuius actio est communis. et tamen non queritur. vt. l. cuz dos. sicut filio in castren. et aduentitio. et maxime cum dos possit soluto matrimonio ad eum redire. C. solu. matri. l. dos. sicut peculiū castrense vel aduentitium solutio. quantum ad aduentitium pater maius habet in eo quam in dote quod apparet: quia habet vsufruct. et solus agit et conuenitur quod non est in dote. In castrensi autem pater quasi dominus reputatur: vt dicta. l. hereditate. §. j. et idem deberet dici in castrensi et quasi castrensi cum equiparentur: de inoffi. testamen. l. fina. ¶ Resume ergo: quia aut pater stipulatur filio emācipato: et non querit ei nisi sicut extraneo. aut in potestate constituto. et tunc ad liberandum: et subdistinguitur an tanquam heredi: aut an tanquam filio aut ad obligandum: et tunc aut erat acquisibile patri et querit sibiipsi. aut non: et tunc in peculiaribus castrensibus seu quasi seu aduentitijs querit filio in profectitijs sibiipsi. in alijs non querit. nisi stipularetur post mortem. Et hoc in liberis natis: sed an in nascituris possit stipulari post mortem. Uidetur quod sic: quia post mortem suam videtur collata stipulatio. ff. de ope. libe. l. si quis operas. Sed hoc verum si esset posthumus. et facit quod nota. extra de eccle. edific. c. ad audientiaz. el. ij. de stipula. seruorū. l. vsufruct. ¶ † Quid si stipulatus sit nascituris: et nascuntur in vita non videtur valere nisi ex natura rei apparet quod post mortem suam vellet dari. et hec omnia potes colligere ex premissis nec facias differentiam inter facta a filio vel ei faciēda: sed in hoc an sint patri seu peculio acquirēda vel ipsi filio simpliciter tanquam patrisa. ¶ † Quid ergo si pater stipularetur filio ire licere agere per fundum vicini ad fundum peculiarem aduentitium: vel acquireret nomine filij iurisditionem vel aliud ius: nunquid acquirit filio. Uidetur expressum quod nō: vt. l. quod dicitur que loquitur quando pater stipulabatur filio licere ire agere simpliciter non habito respectu ad rem pupillarē: sed ad personam filij quo casu tota vis stipulationis et effectus conferebatur in personam filij nec patri aliquid acquirebatur: sed hic secus in casu questionis nostre quo habetur respectus ad peculiuz. Et per hoc videtur quod pater non posset querere in alijs que tangerent hereditatem per patrem repudiatam: vel per filium agnitam. cum illa hereditas nō videatur cōtineri sub aliquo gradu peculij. Uel dic quod sit aduentitium habens instar castrensis vel quasi. et idem dicatur quo ad acquisitionem vt in illis dicitur. ¶ Item quid si pater emat vel acquirat nomine filij in vita quod non queratur filio quod est notabile: nisi circa res audentitij peculij. naz nō potest querere nisi circa res peculiares que obuenerunt filio ex successione vel ex industria vt pmisi: vel nisi post mortem suam ex equitate. Unde non credo quod. l. ij. C. si quis alteri vel sibi. sit in aliquo mutata. nam traditio seu quasi que sit in emancipatione facit valere quasi donationem. Et hec faciūt quod abbas non possit acquirere prioratibus sibi subiectis qui habet speciales administratores et intitulatos. Uel dic quod possit quasi prioratus sint de natura castrensis peculij vel quasi per predicta.

8 ¶ † Quid ergo si quis stipuletur sibi et liberis. sicut tota die fit. Satis potest dici quod valeat et proderit eis. quamuis heredes non sint: quia videtur collata post mortem. l. quodcunque. §. ij. s. allega. sed in vita nihil possunt petere nec cum eo concurrunt. ff. de libe. et posthu. l. gallus. §. j. in gl. hoc ideo dicit videtur eum fecisse ordinem. ff. ad treb. l. heredes. itē quod dixi quod querit sibiipsi intellige si talis sit intentio. C. de iure do. l. si genero. si quis alteri vel sibi. l. multum. in dubio presumitur quod vellit sibi qrere nisi verba aliud importēt. ff. de ver. obli. l. si ita stipulatus. §. grisogonus.

1 ☞ Stipulatio an et qn vitietur ppter diuersitatem responsionis.

2 Summa minor est in obligatione in alternatiua summarum.

3 Interrogatio vbi pcedit i summis alternatiua rnsio singularis nō vitiat.

4 Quid in aliis q̃ in summis in quibus interrogatio totũ continet: responsio vero partem.
5 Quid si iterrogatio cõtinet genus rñsio speciez.
6 Quid si interrogatio cõtinet totũ integrale: rñsio partem.
7 Uenditio si fiat hoc modo. vendo tibi fundum. Tu respondes. ego retineo sub cõditione si nauis ex asia venerit: vel si sempronio placet: an talis venditio valeat.
8 Que in ꝓfationibus dicunt in cõtractib⁹ repetita credunt: an hec regula sit semper vera.

a ❡ Preterea. Diuersitas in quãtitate interrogationũ & responsionum vitiat stipulationem quatenus est discordia.

a Preterea[a].

1 ❡ † In glo. interduz. in fine. vide. ĩ. gl. proxi. In glo. scilicet congrue. ibi cum allegat. §. cuz adijciat in hoc articulo fuerunt glo. diuerse & doct. antiqui. Quidam enim restrinxerunt illuz. §. cũ adijcit quãdo est diuersitas in quantitate non in speciebus. et hanc videtur innuere gl. & quasi sequitur in. §. cũ adijcit. in glos. cum diuersitas. sed Azo & Jo. etiam quãdo est diuersitas in qualitate. vt ibi not. in glo. ꝙ constat. Hec autẽ glo. videtur velle ꝙ vbicunq; est diuersitas qđ valeat si diuersitas illis placuerit. et hec verior. qz. §. ille cum adijcit indistincte loquitur: & hoc intelligo cuz adijcit vel detrahitur interrogationi: non si omnino aliud premitteret. Uerbi gratia stipulor equum promittis bouem. non videtur valere qz esset omnino alia. et ideo videtur text. notanter dicere cum adijcit vel quod detrahit: illo autem casu nõ adijcit nec detrahit immo omnino aliud dicitur. ĩ. §. fi. de alia. ❡ In eadez glo. ibi cum dicit sin aũt nõ placet: id ẽ nõ dicat sibi placere: quia si displiceret non acceptaret non esset locus il li. §. cuz adijcit. nec huic
2 materie. ❡ † In fi. eiusdẽ
b glos.[b] & est ratio: quia in alternatiua summaruz minor est in obligatione. ff. de verbo. obliga. l. si ita stipulatus fuerim. x. aut quinq;. & ideo non videtur diuersitas in interrogatione et responsione. quia interrogatũ et responsum videt de v. tantuz. Sed in speciebus vide de qualibet interrogare sub conditione. et ideo cum respondetur de vna est diuersitas in qualitate. quia interrogatio conditionalis est responsio pura de vna scđm Dy. in. d. §. cuz adijcit. Et hec eadẽ ratio potest reddi quando copulatiue fit interrogatio de pluribus. et respondetur de vna valet. sed non quãdo fit alternatiue: quia alternatiua iterrogatio est quodammodo conditionalis. promittis illum aut illum hoc est si illum nõ dederis dabis illum. et sic est difformitas i qualitate. secus quãdo procedit copulatiue interrogatio. et sequitur re-

b ❡ In h[...] glos. [...] hic dis[...] cte ang[...] ver. in g[...] magna [...] pulchra notabili[...]

sponsio simpliciter vnius rei. quia tunc respondetur scd̃m qualitatem interrogationis. lz diminuatur de numero rerum contentarũ in interrogatione. Et facit pro hac ratione. ff. qui ꝛ a qui. ma.
3 li. non fi. l. iij. i fi. ¶ † Habes ergo quod vbi precedit interrogatio in summis alternatiua responsio singularis non vitiat: q2 sicut stipulatio censet minorem summam continere: ita interrogatio. ¶ Quid ergo si sit vna summa in interrogatione et responsione diuersitas tamen monetarum. Uerbi gr̃a pmittis mihi centum libras in sterlingis vel in turoneñ. grossis ꝛ pmissor rñdet d̃ altero tũc cessat ratio p̃dicta. Sz tñ credo idẽ: q2 nõ vr̃ difformitas cũ vna sit summa. ꝛ q2 vna moneta põt solui p alia: sed secus forte vbi vna nõ possit solui p alia sicut p aurea argentea vel pro argẽtea ere ꝯtaminata iuxta ille que notãtur ꝛ scribunt. ff. si cer. pe. l. ij. C. de colla. eris. l. j. ꝛ C. de sol. aut. hoc amplius. et vide bis. s̃. qui. mo. tol. ob. ¶ Itez huic glo. in v̄. si v̄o i quãtitate. obstat is tex. cui gl. nõ videt respõdere. sz solue vt i. §. si stipulãdi. q2 nolebat al's valere. nisi valeret in totum ibi sic. dic qd̃ glos. intendit hic soluere hoc contrarium: dicit enim in alio non valet: vt hic veluti ꝛc. vult dicere quod h̃ debet intelligi quod dicit text. ¶ Preterea inutilis est ꝛc. sub. quo ad illud in quo excedit: vt hic. sed in summa qua conueniunt valẽt vt. §.
lis. ⁊ sic sñia lata in vna nõ obstat exce
ptio rei iudi. in alia. vt. l. cũ queritur. et
hoc verũ est sine dubio. vbi sñia fertur
rõne ineptitudinis actiõis vt. ff. si agri
fal. mod. l. j. vel vbi actum esset expresse
vna. Sed vbi actũ est gñaliter dicendo
rẽ ad se iure dñij ptinere: adhuc videt
idem q2 in dubio videt fuisse actũ dire
cta. ff. si ager vecti. l. j. §. j. ⁊ hec videtur
fuisse intentio glo. ff. de excep rei iu. l. si
mater. §. eandẽ. ff. de euict. l. minor. §. ...
¶ Sed forte de veritate iuris videtur
probabilius q illo casu videtur totum
ius suum in iudicio deduxisse. vt. d. ca.
abbate. ⁊. d. l. si mater. §. j. ⁊ iunge. j. ver.
20 veniamus ad quartũ. ¶ † Item not. q
q̃uis rei vendi. cõpetat soli domino. vt
l. in rẽ actio. ff. de rei ven. tñ est dari ca
sus vbi cõpetit nõ dño. C. de iu. do. l. in
rebus. ff. de iur. do. l. si sponsalibus. §. j.

C.de prescrip.xxx.vel.xl.an.l.si qs emptionis.ff.hoc sup illis. Et forte posset idẽ dici vbicũqꝫ possessor vel detẽtator hꝫ causam ab agente. Uerbi gratia.cõmodaui vel locaui rẽ tibi si agã contra te non potes referre cãm dñij:sed illud obtinet vbi agit personali.secus in rei ven.vt cõsueuerũt doc.no.C.loc.l.si qs conductionis titulo.¶Itẽ no.ꝙ quãuis reperiat dñiuꝫ directũ ⁊ vtile in immobilibus:nunqꝫ tñ reperit in imobilibꝰ. ⁊ ideo credo qd q̃ ageret rei ven.vtili ꝓ re mobili dicẽdo se dñm vtilẽ qd caderet cũ nullo iure hoc reperiat:sed ꝯtra illũ q̃ dolo desijt possidere posset agere vtili vt.l.electio.§.j.ff.de noxa.dũtamẽ sit directus.¶Itẽ no.ꝙ vbi cõmissa est alicui custodia rerũ custos põt agere ꝓ illis rebꝰ:quãuis nõ sit dñs.C.de sa.san. eccle.l.sancimus.ibi sacrorũ vasoꝝ custodes ⁊c.C.si ꝑ vim vel alio modo.l.fi. sed illa est magis ꝯtra.qꝛ spãle i possessorio.¶Itẽ ꝓ hoc facit.ff.de dã.infec.l. cum emptor.xvj.q.j.in canonibꝰ.⁊ hoc põt esse verum si ille custos habeat officiũ vel administrationẽ ad hoc institutũ per modũ tituli. vt qꝛ sacrista vel castellanꝰ alicuius castri. secus si sit nudus custos ad certũ tꝑs.vt.d.l.fi.a contrario sensu.ff.de cõdi.fur.l.ideo.§.fin.

21 ¶†Sed q̃d si actor dicat se ꝓprietariũ in libello:⁊ nõ dicit se dñm.Uerbi grã. dicit ꝙ talis res ad ipsum iure ꝓprietatis ꝑtinet:nunquid sufficit.videt ꝙ sic: qꝛ ꝓprietas ⁊ dñium vident esse idẽ.C. de ꝓba.l.ꝓprietatis.Uidet tñ ꝙ sit differẽtia:qꝛ ꝓprietas rei dꝛ cuius dñium nullius est.s.de re.di.§.littore.⁊ sic nõ sunt idẽ:qꝛ si essent idẽ in qua re nõ cadit dñium nec caderet ꝓprietas.⁊ tamẽ d.l.dicit ꝯtra.vñ videt differẽtia:qꝛ verbũ ꝓprietatis videt inesse in ipsa re:sꝫ verbũ dñij in ꝑsona illiꝰ ad quẽ dominium ꝑtinet.ff.de rei vend.l.fructus.de vsufruc.l.sꝫ si q̃d.§.fi.de ver.sig.l.q̃stio. melius.ff.q.mo.vsufr.amit.l.si tibi fundum.ibi cũ dicit dñium ꝓprietatis.Satis tamẽ potest dici ꝙ sufficit dicere qd pertinet iure ꝓprietatis.etenim ꝓprietas ꝓ dñio frequẽter accipit.vt.d.l.ꝓprietas.¶Hucusqꝫ satis dixi mꝰ de eo qd requirit in rei vẽdi.ex parte actoris nũc voluamus mantellũ ⁊ queramꝰ de eo qd reqrit ex parte rei.Et certũ est ꝙ possessio vel quasi possessio.vt.s.dictũ

22 est.¶†Queramus circa primũ vcꝫ circa possessionẽ vtrũ requirat vtraqꝫ ciuilis ⁊ naturalis.vl an sufficiat altera tãtum. Et primo vtrũ ciuiliter tñ possidens teneat rei vẽdi.⁊ i hac qõne doc. ⁊ glo.cõsueuerũt dicere ꝙ sic.vt not.in l.ij.C.vbi in rẽ actio.⁊ not.in spe.de ac. seu peti.§.j.ff.sꝫ nunquid.⁊ idẽ doc.hic allegãt quasi prout.ff.de vsufru.l.cum cuiuscũqꝫ.§.si fundus.¶Sꝫ cõtra eoꝝ opi.videt qd nullus tenet rei vẽdi.nisi qui habet facultatẽ restituẽdi.ff.de rei ven.l.officiũ.ad exhi.l.iij.§.fi.sed ciuiliter possidens nõ hꝫ facultatẽ rei restituende.⁊ sic nõ videt teneri qd non habeat facultatẽ apparet:qꝛ ipse nõ detinet rem:sꝫ ille qui possidet naturaliter sicut fructuariꝰ emphyteota vasallus q̃ non crederet dño si vellet rem tradere: ergo vr̃ ꝙ dñs nõ teneat.¶Sꝫ ad hoc posset r̃nderi ꝙ res iudicata ꝯtra dñm noceret eis.ff.d re iudi.l.sepe.⁊ fiet executio cõtra eos.ff.de vsufru.l.locum.§. ꝓprietarius.Uel dic ꝙ si petitur ius ꝙ ciuiliter possidẽs dicit se in re habere: tunc tenetur:qꝛ illud ius põt restituere seu dimittere.Uerbi gratia.aliquis hꝫ vsufr.in re vel est vasallus vel emphy. ego in hoc nõ ꝯtradico:sꝫ peto ꝓprietatem directã.Uerbi gratia.dico ꝙ talis res ad me ꝑtinet iure dñij directi quã tu possides ciuiliter tanqꝫ dñs ꝓprietatis:vel tanqꝫ dñs directus peto ⁊c.sed si peteret res ipsa:⁊ eius restitutio non video ꝙ hoc fieri possit cũ restituere nõ possit vt dixi:sꝫ cõtra naturaliter possidentẽ põt agi:qꝛ ille hꝫ facultatẽ rei re

23 stituende.vt.l.officiũ.s.alleg.¶†Sed q̃d si nõ possidet naturaliter vel ciuilr: sꝫ detinet tñ vt depositarius vel colonus.Expressum videt in.d.l.officiũ.qd cõtra detinentẽ rem põt agi.Doc.iuris canonici dicũt qd illud est verũ quo ad hoc vt procedatur ẜm formã.l.ij.C.vbi in rem actio.vel vbi est incertum: an possidet vel detinet:al's autẽ nõ cõpetit immo actor sciẽs debet cadere:⁊ sic

notāt extra vt li.nō ꝯtes.
c.qm̄.§.in his.que snīa
potest esse vera in his q̄
ad opus alterius detine
ret sicut procur.bailliui
administratores ⁊ pro=
pter hoc fuit īuēta.l.illa
ij.vbi in rē act.nō sic in
alijs. vt si ego deposui
rē meā penes te:vl' loca
ui tibi vel cōmodaui et
eam vēdicē;qꝛ hoc casu
certū est teneri.quinim=
mo in oī casu detinēs q̄
hꝫ facultatē rei restituē
de tenetur:nisi nominet
actorē ⁊ dicat se nolle rē
ꝺfendere.tūc em̄ ꝓcedit
iuxta formam dicte.l.ij.
dat ꝯ rei vē.ꝯ detinētē ⁊
ꝯtra possidētē.¶Itē cō=
tra illū q̄ dolo desijt pos=
sidere siue ante litē ince
ptam siue post.ff.de rei
ven.l.si aūt.§.sed ⁊ is q̄.
¶Sedꝫ cui incūbit onꝰ
ꝓbandi dolū. videt qꝺ
proponēti. ff. de ꝓba.l.
quoties.§.qui dolū. sed
cōtra.ff.de excep.rei iu=
di.si rem.sꝫ solue vt ibi
24 notat in gl.¶† Sed q̄s
erit modus.ꝓbandi do=
lū.Forte si denūtiauerā
rem velle vendicare:vel
alias scribā ꝙ ego eraꝫ
ei daturus libellū ⁊ plu
ribus alijs modis.vide.
ff.ex qui.cau.in pos.ea.
l.fulcinius.§.quid si in
glo.nam volūtas.extra
ꝺ re.iu.c.pro possessore.
li.vj.ꝑ Dy.i spe.de emp.
⁊ vendi.§.nunc dicēdū.
⁊ ver.sꝫ nūq̄d.¶Itē est
dare casum vbi tenetur
ille q̄ possidet ꝗuis sine
dolo ⁊ culpa desinit pos
sidere si habuit malum a
⁊ vitiosum initiuꝫ.ff.de
vi ⁊ vi ar.l.si vt deiece=
ris me.⁊ illo casu nō opꝫ ꝓbare dolum
qꝺ est bñ notādū.q̄d si culpa desijt pos=
sidere. Dic ꝙ tenet post litē ꝯte.immo
etiā si sine culpa tenet ꝑpter accessoriā
vide.ff.de rei vē.l.itē si verberatū.§.fin.
cū.l.seq.⁊.l.si a bo.fi. pos.ff.ad exhi.l.de
eo.§.si post.ꝺ euicti.l.si seruꝰ.§.fi.itē hr
pro possessore is q̄ se obtulit.cuꝫ.l.seq.⁊
25 seq.¶† Nūc videamꝰ de tertio ad q̄d
cōpetit vēdicatio:seu q̄d in ea veniat.
Dicūt doc.ꝙ rei ven.ꝯpetit ad rē corpo
ralē singularē ꝯmercio hoim nō exēptā
Primo dicūt ꝙ ꝯpetit ad rē corporalē:
qꝛ ad incorporalia nō ꝯpetit cū nō pos
sideātur:sed ad illa ꝯpetūt cōfessoria ⁊
negatoria de q̄bꝰ.j.xxi.§.⁊ hoc dicit is
.§.ibi veluti si rē corꝑalē.Nunq̄d ergo
cū ꝑtinen.pōt vēdicari.nec vr̄:qꝛ in ꝑti=
nen̄.sunt multa incorporalia sicut ho=
magiū.iurisditio.¶Pōt dici contra.ff.
de vi ⁊ vi ar.l.j.§.illud.de ꝯhē.emp.in
modi.sed Inno.vr̄ tenere ꝯ extra de re
sti.spo.c.cū ad sedē.vide.j.e.§.ꝑiudicia
les ⁊.§.curare.¶Itē singularē dicūt:qꝛ
nō ꝯpetit ꝓ vniuersitate iuris:sicut ē he
reditas ⁊ peculiū:sed pro vniuersitate
facti sic:sicut est grex.sic.ff.de rei ven.l.
vē.nō vt gregis ⁊.l.j.§.fi.¶Itē dicūt cō
mercio hoim ⁊c.qꝛ res sacre ⁊ religiose
q̄ nulliꝰ dñij sunt nō possunt vendicari
qꝺ est verū ꝯm Pe.nisi adiecta causa iu
sta.l.j.§.ꝑ hanc.de rei vē.vel verius dic
nisi administratores vel prelatos noīe
vniuersitatis vel ecclesie.C.de sac.san.
eccl.l.sancimus.§.j.¶Quid aūt in hac
actiōe veniat.dic ꝙ fructus pēdētes.ff.
de rei vē.l.fructus pēdētes.itē extātes
naturales ⁊ hi veniunt eadē rei vē qꝛ
res ipsa petitur.itē veniūt fructus extā
tes industriales:sed hi eueniūt ꝑ aliā
vendicationē.itē fructus cōsumpti vē=
dicātur a malefidei possessore:qꝛ dolo
desijt possidere.vt no.i.l.ex diuerso.alij
aūt petūtur ꝑ officiū iudi.⁊ alijs actio=
nibus.vt videbis magis.j.de offi.iudi.
.§.ꝑ illorū.ꝯ.ꝺ re.di.§.si quis a nō dño.
Itē veniūt dāna in rei vē.ff.de rei vēdi.
26 l.nō solū.cū.l.seq.⁊ sequē.¶† Veniamꝰ
ad quartū ꝺ formatiōe libelli[a]. Et dñs
Ja.ꝺ ra.refert Roffre.sic formasse libel=
lum.Dico me dominum talis rei.deli=

a ¶Libel
li. De hoc
tractat hic
Ang.in.xj.
col.pꝰ me.
in ver.que
ro ꝯ qūo,
itē viꝺ pe.
ferra.i sua
practica.in
for.libel.in
act.rei vē.
⁊ Pe.Ja.in
ti.ꝺ rei vē.
q̄bꝰ autori=
bus plene
instrui po=
teris super
formationi
bꝰ libello
rū.itē viꝺ
do. Iason,
may.hic in
xx.co.i me.
versi.extra
gloss. vsq
ad fi.§.

gnabit meliori mō quo poterit quā tu possides vn̄ peto illā rē mihi restitui cū fructibus perceptis ꝛ pcipiendis. dicit em̄ Ja. ꝙ ꝯ hmōi libellū doct cōsueuerūt arguere. nā is libellus cōcludit ad restitutionem. ꝛ videtur eadē conclusio que in personali. nā si commodaui tibi rem concludam ꝙ restituas. vnde dicit ipse ꝙ doc. consueuerūt dicere ꝙ dʒ cōcludi ad declarationem et pro restitutione iudicis officiuʒ implorare. ex hoc apparet qꝛ sentētia dʒ esse cōformis libello. vt. l. vt fundus. ff. cōi diui. cōstat aūt qꝺ in rei vēdi. pronuntiatur rem petitoris eē. vt. l. ex diuerso. §. j. ff. ꝺ rei vē. ergo super hoc debet concludere libellus videlicet ꝙ pronūtietur petitor dominus ꝛ hāc sniam tenet Pe. de bel. p. ꝛ ꝙ restitutio non venit iure actionis: sʒ officio iudicis. ꝛ sic tenet cursus causarum cōis. ¶ Idē tamē Ja. inpugnat dictum libellum in alio articulo: quia dicit cum fructibus pceptis ꝛ percipiēdis quia multi sunt possessores qui nō tenētur de perceptis si sint ꝯsumpti: nec de percipiendis quoquo modo. Itē illi tenētur alijs acti. ꝙ rei vē. vt no. plene in ꝺ. l. ex diuerso. ꝛ §. pro illorū. j. de offi. iu. Uult ergo concludere Ja. ꝙ oportet declarare quos fructus petit ꝛ taliter qꝺ appareat quo iure petit. Pe. videt̃ sentire ꝙ ibi declarare non pōt: quia forte nescit quot nec q̄ fruct⁹ extāt: nec q̄ consumpti sunt quia forte nec aduersarius vult declarare quod amittatur talis petitio generalis. ar. ff. quo. le. l. j. §. quod aūt. ꝛ hoc pbat. qꝛ. l. dicit ꝙ cōdēnatio fit in fructibus taxatione iudicis. et sic apparet quod nota erāt certi petiti. qꝛ non fieret taxatio in icerto. C. si q̄s alteri vel sibi. l. cū ppria. hanc sententiam vsus causarū admittit immo plus condemnat in fructibus absq; alia declaratione vt videbis. j. eo. §. curare. ꝛ ibi magis dicā. ¶ Formabis ergo sic dico ego talis contra talem qui rem meam possidet seu tenet ꝛ habet potestatem eam restituendi que pertinet ad me iure dominij quaʒ reʒ peto ad me ptinere iure dn̄ij declarari. et hoc declarato peto eam mihi restitui cum fructibus perceptis ꝛ percipiēdis: necnon et cum damnis que passus sum vsq; ad tales summas salua in omnibus vestra legitima taxatione. petens expensas prolite factas quas tm̄ estimo super faciendis vestrū requirēs officiū ꝛc. iste libellus satis pcedit vbi reus detinet seu possidet sed si dolo desijt possidere nō pcederet immo oporteret de hoc facere mentio-
27 nem. ¶ † Et tunc dicet sic. dico ꝙ talis rem meam talem quam detinebat seu possidebat dolo desijt possidere. que q̄deʒ res ad me iure dominij pertinebat ꝛ pertinet. quare cū de iure idem reus p possessore haberi debeat. peto dictaʒ reʒ ad me ptinere iure dn̄ij declarari. ꝛ hoc declarato dictā rē mihi restitui. ꝙuis enim non possideat videtur ꝙ debeat peti restitutio: sed post cū reus dicet se non posse restituere iurabitur in litē ex dolo vel quanti res est in culpa. iuxta. l. qui restituere. vnde gl. ibi dicit ꝙ aliud agit̃ aliꝺ ꝯsequitur inuēdo qꝺ restitutio ibi repetit̃ ꝛ soluit̃ estimatio. Si aūt culpa desijt possidere ꝉ in casib⁹ quib⁹ tenet̃ ex culpa de q̄bus dixi: tunc oportet fieri de hoc mentionē in libello vel in processu. et nō dicet eum dolo sʒ culpa desijsse possidere valet ergo libel
28 lus si dicat se dominum. ¶ † Sed q̄d si pars qꝺ declaret an dicat se dn̄m directum vel vtilē. Dicas ꝙ tenet̃ declarare an agat vtili vel directa: vt. s̄. dixi. p consequens ꝛ pro quo dominio agit: alias videret̃ vtrūq; ꝛ totū ius vndecūꝙ quesitum in iudicio deduxisse. ff. de excep. rei iudi. l. si mater. §. eandem. l. ꝛ an eandem. §. actiones. Si tamen reus huiusmodi declarationeʒ nō petat forte prudenti⁹ agit. quia si nil fuerit declaratum: ꝛ actor succubuerit. ꝛ post iterū agat vtili obstabit ei exceptio rei iudicate q̄ nō obstaret si declarasset se. vt dixi. s̄. latius. ꝛ p hoc ꝉ vr̃ ꝙ dato libello n̄ specificato dn̄io si det actor articulos seu positiones super vtili tm̄ ꝙ dicat se emphy. vel vasallū vel colonū ad non modicū tp̄s ꝙ tales articuli debēt admitti: qꝛ oē dn̄ium videt̃ in iudiciuʒ deductū. nec ob. qꝺ dicendo dn̄ium intelligitur de directo in dubio. vt. l. j. §. j. ff. si

ager.vect.qđ verꝫ ē đ ꝓ
pria significatiōe ꝛ i mã
in qua alterũ tm̄ dñiuꝫ
cadit:ſꝫ i mã in q̃ vtrũq;
ꝑt ꝯprehēdi ſicut i iudi=
cijs vbi oĩa veniũt:de q̃
bus nō eſt actũ ſpãliter
nec veniãt.vt.l.ſolēnis.
ff.de iudi.dicēdũ eſt qđ
oē dñiũ venit arg.dicti.
29 .§.actiões .j.e. ¶ †Sed
q̃d ſi actor dicat i libello
ꝙ res ꝑtinet ad ipm̃ nec
đclarat an iure dñij.nũ
q̃d vꝫ talis libellus.Ex
peditũ vr̃ ꝙ ſic.extra de
fi.inſtru.c.iter dilectos.
de excep.c.cũ venerabi
lis.ꝛ ſic tenet ſpe.de lit.
cōte.§.de proprietate.ꝟ.
alie ſunt reales.¶ Ego
credo ꝙ libellus ſatis ꝓ
cedit de ſe ſi tñ ꝑs petat
declarari q̃uo ꝑtinet:ac
ctor tenet declarare:qꝛ
verbũ ꝑtinere ē dubiũ ꝛ
latã hꝫ ſignificatiōnē.ꝛ
ſic cũ libellus debeat eē
cert⁹ đclarari dꝫ.ff.đ ꝟ.
oblig.l.ꝟbũ pertinere.
¶ Preterea ſi tenetur a
ctor declarare an agat
vtili vel directa: multo
forti⁹ quare res ad eum
pertinet an iure dñij vel
a debiti.¶ Emphy.ꝟo va
1 ſallus vel alij debent fa
cere mētionē đ ſuo vtili
dñio.ꝛ dicũt ſic.cũ tu ta
lē rē teneas ꝛ poſſideas
2 q̃ ad me iure vtilis dñij
ꝑtineat cũ eã in feudum
3 vel emphy.teneã declã
rari q̃uo teneas peto ꝛc.
¶ Nũc videam⁹ de mō
probãdi dñiũ.ꝛ i hoc ad
uerte ex qua cã voles di
4 cere te dñm.vñ ſm nãm
acq̃ſitiōis opꝫ te articu
5 lare.ꝛ ſuper hoc vide de
acqui.re.do.ꝑ totũ.&.de

re.di.ꝑ totũ.ꝛ hoc ſatis eſt facile videre
ſi vis eã vēdicare dices eã te cepiſſe vel
alium a quo cauſam habuiſti:ꝛ eodem
modo proſequere materiam de re.diui
ſione.in hoc tamen aduerte quia ſi di=
ces te dominum:quia emiſti a domino
oportet ꝙ probes.iiij.primo ꝙ ille ven
ditor eſſet dominus qui vendidit tibi
quod ſolueris precium ꝛ quod tradidit
rē.&.de re.diui.§.vendite.ꝛ idē in alijs
titulis.opꝫ eñ ꝓbare titulum ꝛ tradi
tionē ꝛ dominiũ tradētis.ff.de acq̇.re.
do.l.nũq̃.ꝛ.l.traditio.Item probas do
miniũ ſi tenuiſti cũ titulo ꝛ bonafide re
mobilē tribus annis immobilē.x.vel
xx.iuxta.l.ſi quis emptionis.C.de pre
30 ſcrip.xxx.vel.xl.anno.¶ †Quid ſi non
probet.ſed probat qđ ipſe ꝛ predeceſſo
res ſui tenuerunt rem illã tanq̃ ſuã ja
tanto tꝑe ꝙ hoiꝫ memoriã excedit.Ñ
videtur valere quia illa probato nō ob
tinet:niſi in ſeruitutib⁹ cũ alio caſu nō
reperiat de iure ciuili.vt.l.ſi arbiter.ff.
de ꝓba.de aqua plu.arcen.l.j.§.final.
Forte poſſet ſuſtineri ꝯ.nã cur nō bene
acquirit dñium tãto tꝑe ſicut amitti
ff.de acqui.re do.l.nunq̃.§.theſaurus.
immo forte ſufficeret ſi probaret quod
actor ꝛ predeceſſores geſſerunt ſe pro
dominis rei xxx.annis.ꝛ vltra pro ta
libus habiti fuerunt cõuis non ꝓbētu
tulũ.ꝛ facit qđ no.ff.de condi.inſt.l.qui
dam.Si vis latius videre libellos ꝛ po
ſitiones in rei ven.vade ad ſpe.titu.de
proprie.§.j.de act.ſeu pe.§.ſequi.verſi.
item nota.[a]

☞ Seruitutes quedã ſunt reales que
dã perſonales.itē realiũ quedam ſunt
prediorũ ruſticoꝝ: quedã vrbanoꝝ.et
de ſingulis vide.
Seruitutes q̃ debent a re perſone q̃ ſint
ille vide exempla.
Seruitutes perſonales an ſint ſi pacto
tecũ egi ꝙ poſſiꝫ recipere de lignis ne
moris tui quãtũ mihi ſit neceſſariũ ad
calefactionē hoſpitij mei:an talis ſerui
tus ſit perſonalis.
Quid ſi aliquis dedit mihi vſum in fo
reſta ſua:an ſit ſeruitus perſonalis.
Seruitus an ſit realis ſi conceſſi tibi
vſagium in tali foreſta mea quantum

a ¶ Itē no
ta.et i ſpec.
de loca.ꝟ.
vj.ꝛ ꝟ.lvj.
ꝛ ſe.ꝛ ꝟ.cxl
viij.ꝛ bar.i
l.cũ res. C.
đ ꝓba.vbi
ēt ꝑ bal.ale
xã.ꝯſi. ccij.
ij.perte.vbi
plene.ꝛ ꝯſi.
x.ꝛ.xj.iiij.ꝑ
te.idē alex.
in.l.j.ff. de
vſucap.itē
vide Pe.đ
ferra. i ſua
prac.i for=
ma .libelli
i act.reali.
itē Pet.Ja
co.ti.de rei
vendi.

tibi sit necessarium pro necessitatibꝰ talis castri tui.

6 Quid si per pactum vel stipulationē cō stituatur.

7 Deinde ponit diuisionem textus.

8 Actionis cōfessorie ꝛ negatorie que sint exempla.et nu.9.

10 Usufructuariꝰ vel creditor nō sunt domini rerum.

11 Possessor rei pōt aliqñ vicē petitoris sustinere vt in exemplo.

12 Ciuiliter possidens an teneatur rei vendicatione.

13 Actio confessoria quid sit.

14 Actio ꝯfessoria vñ ꝓcedat ꝛ cui ꝯpetat.

15 Titiꝰ dēbat tibi aliqd̄ dueriū:tu vēdidisti illd̄ sēpronio titiꝰ obligauit se sēpronio:tu q̄ttasti titiū:an ꝑ hoc ē trāslata ꝓpetas ꝛ possessio seruitutꝭ i sēproniū:

16 Seruitꝰ si legat̄ alicui:statim acq̄rit̄ legatario hereditate adita.

17 Seruitꝰ quāto tp̄e prescribit̄ a possessore bonefidei.

18 Quid in seruitute formata.

19 Prescriptio seruitutis acq̄rende a quo tp̄e incipit currere.

20 Quis autem erit modus probandi.

21 Quid si nō possit ꝓbare req̄sita sed probat vsum frequentem.

22 Quid aūt in seruitute formata.

23 Bonafides an debeat probari qui dicit se prescripsisse.

24 Qualiter aūt probabit ꝙ non possedit vi clā vel precario.

25 Possidēs seruitutē.xxx.annis an possit agere confessoria.

26 Agēs possessorio ꝓ iure seruitutꝭ si reꝰ probat se dñꝫ:an debeat fieri executio.

27 Agēs ꝓ seruitute quasi sibi sit ꝯstituta an debeat cōstituentem ꝓbare dñm.

28 Actio cōfessoria contra quem cōpetat. Quare aūt sic vocat̄.ibidē.versi.Quinto queritur.

29 Libellus qualiter formatur in actione confessoria.

30 Cōfessoria an ꝯpetat si dꝫ aliq̄d dari puta rusticus dꝫ par caponū quotannis.

31 Quid aūt magis ꝯseq̄mur ꝑ ꝯfessoriā i effectu q̄͞ꝫ ꝑ interdictū vti possidetis.

32 Actio negatoria q̄d sit ꝛ vñ nascatur.

33 An autē det̄ cōtra quēlibet impediētē. Quare autē sic vocetur ibidē.versi.Quinto queritur.

Itē ad q̄d cōpetit ibidē.

Sexto ꝛ septimo querit̄.

34 Negatoria actio si intētat̄:q̄s dꝫ probare.

35 Conclusio libelli qualis sit in actione negatoria.

36 Negatoria actio q̄͞ꝫto tēpore tollatur.

37 Agens negatoria si constituat aduersariū in cōtumatia:nec vult cōparere quid iuris.

Eque [a] si. ¶Supra dixi de actionibꝰ realibꝰ q̄ cōpetūt pro rebꝰ corporalibus sequitur de realibus que competunt pro rebus incorporalibus que sunt duc:vna datur vendicāti vel defendenti seruitutez que vocatur cōfessoria. alia que datur ad negandam seruitutem que vocatur negatoria.Et pro euidentia casus et dicēdorum debes scire [b] ꝙ quedam seruitutes sunt personales:quedaz reales. ¶†Item realium quedam vrbanorū prediorum quedam. rusticorum. Personales secundum. Dynum.dicūtur dupliciter.quia quedam debētur a persona persone quedā a re persone.a persona persone vt est videre in persona serui qui debet seruitutem domino suo ꝟm eū. Sed certe ibi nō ē seruitus formalis de qua hic tractatur: quia cum sit seruus domini non potest dici ꝙ dominus habet seruitutē i re sua.ff.

a ¶Eque. Istū.§. continuāt Ange.ꝛ do.ia. eodez mō. diuide tñ ꝟm Ang.ꝛ sic summa. Pro seruitute ꝯstituēda vel non cōstituēda ꝓdite sunt actiones in rē tā ꝑ seruitutibꝰ rusticis q̄͞ꝫ vrbanis realibꝰ vl̄ ꝑsonalibꝰ.ꝛ in his ēt agit q̄ possidet: secꝰ i rebꝰ corꝑalibus regularit̄.

b ¶Debes scire. Uide ang.hic in ij.col. ante me.in ℣.et ꝑmitte ad itelligētiā, ꝛ do.Jaso. may.hic in j.colū. post ꝑn.in ℣.ad euidētiam huius.§.

si vsufru.pe.l.vti frui.ꝙ uis dicat̃ seruitus.ꝟ.de iu.pso .§.seruitus.ſ3 ad veritatē nō est seruitus formalis: vt dixi.¶Sed ecce casum vbi pōt esse seruit⁹ formalis ꝛ debet̃ ꝑsona ꝑsone.quando legantur opere serui vel ministerium: tunc est bene formalis : qꝛ legatarius nō est dn̄s serui : ſ3 censet̃ fructuarius.ff de vsufru.le.l.ij.¶†Sʒ illaꝝ que debent̃ a re ꝑsone sunt plura exēpla.vt vsufruct⁹ vsus ꝛ habitatio.vn̄ ſm glo.tres sunt ꝑsonales seruitutes tm̄ vcʒ vsufru.vsus habitatio. addit Dy.quartam opere seu ministeriū seruorum.vt.ꝟ.proxi.dixi.¶Sʒ gl.hoc reprobat. ff.de vsufru.l.si quis binas.et dicunt̃ ꝑsonales que debent̃ ꝑsone ꝛ cū ꝑsona extinguunt̃.ff.qui. mo.vsuf. amit.l.sicut.§.fi.nisi in legato ope serui qd̄ extinguit̃ ꝑ mortē serui nō legatarij.vt.d. l.ij.de vsufru.le. reales debent̃ a re rei.ꝛ nō pn̄t constitui nisi sit res q̄ ex hoc ꝓspiceret̃ cui possit deberi.ff.de ser.l.q̄ties. ꝟ.de ser.§.iō.hec est opi. glo ꝛ videtur eam sequi Dyn.hic.¶†Quid[a] ergo si dices constitui mihi expletum in nemore tuo: vcʒ ꝙ possim recipe de lignis nemoris tui: quātū erit mihi necessaria ꝓ calefaciēdo hospitiū meū.vel rustici cuiusdā māsi debēt mihi braniū vel operatoriū qualibet hebdomada.nūq̄d hec ꝛ similes erūt seruitutes ꝑsonales.vel si concessisti mihi ꝙ possiʒ haurire aquā de fonte vel puteo qd̄ habes in domo tua.glos.noluerunt dicere ꝙ talia debent dici seruitutes.ꝛ sic pro talib⁹ non aget̃ cōfes.ꝛ hoc dicit post Joā.in.l.si q̄s binas.ꝟ.allegata.ff. de ser.l.vt pomū.de ser.rusti.p̄dio.l.pe coꝛuʒ.de ali.ꝛ ciba.lega.l.mela.pe.de bel.perti.tenet contrariū cū Roge.cui⁹ opinio scribitur in.l.mela.vcʒ ꝙ oēs tales sunt seruitutes ꝑsonales ꝛ pro ipsis pōt agi cōfessoria.ꝛ hoc pʒ:qꝛ de eis tractat̃ in materia seruitutum ꝛ sermones ꝛc.ff.loca.l.si vno anno.Itē dicit ꝙ hoc est expressum q̄si in.l.mela.vbi appellantur seruitutes.nec obstat.l.vt pomū.quia qd̄ ibi d̄r nō est seruitus verū est realis sed personalis.ꝛ hanc sentētiā videtur fauere glo.ff.de ser.ti.generali.l.j.ibi cū dicit ꝛ si q̄ sunt similes.ꝛ hāc amplectit̃ vsus causarū tota die formāt̃ur libelli in cōfessoria ꝓ vsibus pascuoꝛū ꝛ explectis foꝛestarū etiā pro tallijs hoim.ꝛ breuiter ꝓ oi iure incoꝛpoꝛali.et hoc satis videnť sentire doct.iuris canonici.extra de reli.do.c.ↄstitutus.ꝛ hoc satis ibi ꝓbat̃ de p̄script.c.veniēs.vn̄ oēs concordāt ꝙ ꝓ decima pōt agi confesso.extra de deci.c.tuā.ꝑ doct.ꝛ.c.ꝓhibemus.Et ideo credo ꝙ possit agi cōfesso.pro iure decime ꝛ alijs iuribus incoꝛpoꝛalibus. vnde non video quare meli⁹ possit agi cōfesso.pro illis trib⁹ vsufru.vsu.ꝛ habitatione ꝙ pro alijs.S; ideo ille tres dicte fuerunt ꝑsonales:qꝛ de illis nominatim tractat̃ in iure:qꝛ nō essent vel esse possent alie.et hoc satis ꝓbat̃ in.d.l.j. vbi non nominantur nisi due:et tn̄ oēs doc.concedunt ꝙ sunt tres.si ergo post nominationē tex.ipi dant aliā cur nos non possumus dare alias vsibus ꝛ consuetudinibus introductas.ꝛ in hoc nō videt̃ magna difficultas.sed hoc videt̃ mihi difficile quomodo cognoscam an sit personalis vł realis.¶†Pone quidaʒ dedit mihi vsum in foꝛesta sua nūquid est realis vel ꝑsonalis seruitus.expedituʒ videt̃ qd̄ sit personalis.ff.de le.j.l.apud iul.§.si quis alicui.ff.de verb. oblig.l.stipulatio ista.§.si quis ita.ꝛ in hoc pōt dici ꝙ vbi aliqua seruitus conceditur

a ¶Quid hanc questionē recitat do.Ias. may.hic in ij.col.in ℣. dubitat hic Ioā. Fab.

ceditur gratis inter viuos ex liberalitate non ex pacto facta mentione de persona non de re que ex hoc posset prosperari vel vbi seruitus sic legatur quod censetur personalis et extinguitur cum persona nisi fiat mentio de heredibus. vt. ll. §. allegatis. et l. non solum. §. talc. ff. de li.
5 le. ¶ † Quid ergo si fiat mentio de re. Uerbi gratia concedo tibi vsagium in tali foresta mea ad calefaciendum et ad vtendum ad necessitates talis castri tui. tunc dicerem eam realem: quia ex hoc castrum emendatur claudit et sustinet: sed vbi non tangeret vtilitatem castri iudicarem personalem. Uerbi gratia. concedo tibi vsagium calefaciendi te in tali castro. hoc non tangit vtilitatem castri et dicerem hanc in dubio personalem. et hoc vult dicere. l. lucius. ff. de ser. rusti. predi. dono tibi digitum aque in domum tuam quam in oschino et c. ille vsus non tangebat domum: quia non indiget irrigatione. ideo contemplatione persone videtur concessum. et ad hoc facit. ff. de dona. l. aquilius. secus si concederet digitum ad fundum vel ad pratum qui indiget irrigatione: vt. l. attilicinus. et l. fundo. §. fin. et l. j. pecorum. eo. titu. nec facio vim an dicat ad talem locum et vbicunque. quibus glo. sensum det in his. vt. l. lucius. quia ex quo certus locus nominatur non minus debet valere quantum ad alium locum ex eo quod postea clausula generalis subijcitur. Solum ergo est inspiciendum vbi nominatur res an seruitus proprius respiciat seruitium et contemplationem persone quam rei: aut rei potius quam persone. Primo casu censetur personalis. Secundo realis: et hoc vbi legatur
6 et conceditur simpliciter. ¶ † Quid si per pactum vel stipulationem constituatur. Tunc dicerem in dubio realem per. l. si pactum. ff. de proba. nisi pactum vel stipulatio apponeretur super seruitute que de sui natura esset personalis: vt. d. §. si quis ita. vel nisi esset talis quod non esset verosimile alij concedi quam cui conceditur: vt si quis concederet filio albergari in domo sua quando veniet ad villam suam vel aliud quod non esset verosimile concedere extraneo. nam tunc est personalis etiam si constitueretur a re rei. vt. ff. de serui. le. l. pater. et hoc intelligo in concessione priuati. Quid in priuilegijs principium. Credo satis idem inspiciendum: videlicet an materia priuilegij concernat locum vel dignitatem vel personam. vnde vbi concernit locum vel eius libertatem vel prosperationem debet iudicari realis. extra de insti. c. cum venissent. alias personalis. C. de excu. mune. l. sordidorum. lib. x. et idem dicerem in sententia. si pronunciatum esset me habere vsagium in foresta. Uel potest dici quod illa sit realis in dubio. ff. de arbi. l. quibus. quia imponit finem omnibus controuersijs. vt ibi. si tamen fieret de loco mentio per modum. §. dictum esset minus dubitabile. ¶ Sed posset queri. nunquid pro annuis prestationibus possit agi confessoria et qua actione agitur vide. j. §. preiudiciales. et ibi. et c hoc. ¶ † His itaque premissis veniamus ad tex. Et est sciendum 7
quod in hoc. §. imperator facit sex. Primo dat exemplum de confessoria que competit pro seruitute personali. Secundo dat duo exempla de confessoria que non competit pro seruitute prediali seu seruitute rustica. Tertio dat quatuor exempla de confessoria que competit pro seruitute vrbana. Quarto dat plura exempla de negatoria. Quinto ponit differentiam inter actiones reales que competunt pro corporalibus et que competunt pro incorporalibus. Sexto infert quandam exceptionem a dicta differentia dependente. litera satis est plana. ¶ Casum potes sic incipere. domine imperator vos dixistis mihi quod actiones reales competunt ad rem corporalem. §. pri. §. quid de incorporalibus. nunquid ac. pro reis competunt. Dicit imperator quod sic reales eque sicut pro corporalibus. Uerbi gratia. pone quod aliquis habet vsumfr. in edibus vel in fundo impeditur quominus vti possit. potest agere confessoria contra impedientem. et hoc exemplum est de seruitute personali. Item sequitur exemplum de seruitute reali et prediali. pone quod habeo seruitutem eundi per fundum tuum ad fundum meum sine iumento: vel agendi cum iumento et vehiculo. possum etiam agere confessoria: et ita prosequere totum. §. aliqua tamen de exemplis recipiunt contrarietatem. vt videbis iuxta

a ¶ In glo.Uide hic ang.in.iij.col.post me.ver.in ea.gl.in fi.vide do.Jaso.hic in.viij.col.in prin.

b ¶ Cõfessorie.Uide hic ang.in.iij.col.añ fi.in ⸿.in gl.magna.⁊.d.Jas.in.viij.col.ante fi.

⸿.glo.magna diuiditur.

c ¶ Dicere Idẽ tꝫ hange.vid h.d.Jas.i.ix.colũ.añ me.i ⸿.in ea.gl.ibi negatoria.Itẽ ange.ponit h formam libelli i vtraqꝫ actione in.iij.col.a princi.vsqꝫ ad fi.colũ.vide Petr.Ja.in ti.de cõfessoria i rem actione.⁊ i ti.de negatoria in rẽ actione ⁊ do.pe.ferra.i forma libelli in actione cõfessoria ⁊ in forma libelli i acti.negatoria.Item ꝑ dominũ Jas.in.xij.col.⁊ xiij.

d ¶ Male dicit.Idẽ tenẽt hic ang.⁊ do.Jaso.Item idem Jaso.hic super glo.in verbo neget tractat egregie duas questiones.Prima est vtrũ possidẽs possit agere rei vẽ.in.xj.col.post me.⸿.ad fi.gl.Scd̃a qd̃ ẽ vtrũ possidẽs si agat rei vẽdi.dicat̃ possessioni sue renũtiasse.i.xij.col.post ꝑn.ver.Circa scd̃m ꝑncipale.

8 gl.¶† In gl.[a] vt si cras in fi.istud exẽplũ nõ placet Dy.dicit eñ ꝙ trufatoriuꝫ est dicere ꝙ inter exẽpla confesso iustinianus poneret exẽplũ non cõpetens negatorie.de qua ꝓxi.tractatur⁹ est:sed huic exemplo lr̃a repugnat.dicit eñ altius edes suas ⁊c.sꝫ dicit dy.edes suas.s.vicini suas agẽtis:sꝫ certe lr̃a videtur sentire de edib⁹ agẽ.Uñ dicit Pet.de bel.pti.pōt poni exẽplũ faciliter in quo actor agit cõfesso.ius sibi esse altius edes suas tollẽdi.Uerbi gratia.tu habes domuꝫ tuam depressam titi⁹ vicinus altã.cõcessisti seruitutẽ titio domũ tuam altius nõ tollẽdi.vis eã nihilomin⁹ eleuare pōt agere titi⁹ cõfesso cõtra vicinũ ius sibi esse edes suas altius tollendi .i.eleuatas habere ꝯm eũ.vel potes ponere sic statutuꝫ vel cõsuetudo ville dicit ꝙ nullus potest facere turrim vel domũ suam eleuare vltra certã mensuram inuito vicino.vicinus cõcessit titio qd possit eleuare.si vicin⁹ ꝓhibeat pōt agere titi⁹ cõfessoria ꝯ vicinũ:vt liceat sibi altius edes suas tollere.¶ Super tex.ꝓhibẽdi inter hec est differẽtia.
9 vide.ff.de ver.sig.malũ.§.j.¶† In glo.
b tollendi ibi exemplũ confessorie[b] hoc est ridiculũ.gl.videtur supponere ꝙ iustinianus nesciebat ponere exempla ꝓpria:sꝫ ea intermiscebat quasi ignorãs qd est ꝯfundere tex.vnde dic qd est exẽplũ negatorie.¶ In ea.glos.ibi non ad hoc exemplũ:sed ad alia sic:qꝛ in hac seruitute negatoria ⸿bis affirmatiuis proponit̃:vt.j.sequitur.¶ In ea.glo.ibi negatoria:qꝛ negatur dicit Dy.ꝙ idem
c voluit dicere[c] ꝑla.non enim cõsiderauit verba sed effectũ:qꝛ confessoria vadit vt quis confiteatur seruitutem negatoriã vt negetur.Pet.dicit ꝙ ꝑla.cõsiderauit verba frequentiora:frequentius eñ contingit ꝙ cõfessoria concipitur ⁊ proponit̃ taꝫ verbis affirmatiuis ꝙ̃ negatiuis:⁊ caue ꝙ de cõfesso loquitur.ff.ad.l.aquil.proinde si occisus.§.j.
10 ¶† In ea.gl.ibi cũ vt fructuario credi-
d tori.Hec glo.euidẽter maledicit⁹:quia nec vsufructuari⁹ nec creditor sunt q̃si domini rerum.licet bene agunt cõfesso non quasi dñi.sed ꝓpter ius qd habent in re.ff.de serui.l.ei qui.non tamẽ ꝑ omnia est similitudo iter eos:nec forte creditor agit hac actiõe:sed hipothecaria vt ibi not.et patet.ff.si vsufru.pet.l.vti frui.§.vtrũ.Pone ergo exemplũ de vtili in vectigali.ff.de ope.no.nũ.l.in prouinciali.§.si ego.⁊ ĩ exempl hy.vas.⁊ alijs quasi dominis et vtilib⁹ dñij.¶ In ea.glo.ibi cuꝫ dicit in rem non decipiaris.qꝛ cõfessoria ⁊ negatoria dantur possidentibus ⁊ non possidentibus ꝯ possidentes ⁊ non possidẽtes.ff.si vsufru.pe.l.vtifrui.§.fi.si ser.vendi.l.et si forte.§.sciendũ.¶ Et not.hic vnã magnam gl.modici effectus.¶ In fi.eiusdem glo.vide plenius eo.tit.l.ij.§.competit.¶ In glo.vt in duplicibus.ibi cũ allegat fa.hercis.l.j.ista exẽpla sequit̃ Dy.⁊ tñ nõ placent Jac.⁊ Pe.nam exemplũ dꝫ esse de regula.Regula dicit ꝙ in corporalibus nõ est prodita actio possidenti per quam neget rẽ actoris esse sanã in vna

casu &c. Si ista exempla essent bona nõ esset vnus casus: sed tres vel quatuor. ¶ Preterea qui agit his actionibus di[rec]torijs non negat rem esse actoris nec agit rei vendicatione qd lr̃a supponit.
11 ¶ † In fi. glos. istud exemplum minus placet eis. q2 iaz nõ esset vnus casus: sz plusq̃ mille. Unde dicit Pe. ecce vnum casum. Possideo rem meam tu petis a me eã tanq̃ tuã. ego nego eaz tuã esse & volo ꝓbare eam meã esse. certe possuz hoc facere & vices petitoris quo ad hoc sustineo. ff. de probati. l. circa. ¶ In veritate credo q̃ is sit intellectus. dicit enim is actoris partes obtinet. non dicit q̃ sit actor ne actio competat: nec est vera exceptio sed quedaz illatio. ¶ Ja. de ra. dat casum in quo oportet quod possidens & tenens agat vel perdat cõtra iustitiam. Uerbi grã: rem meã peregrinat⁹ dimisi vacuaz sic q̃ aio & corpore dimisi possidere. quidam occupauit eã & vẽdidit bo. fi. possessori qui vsuca. vel p̄scribere incepit & quasi ꝑfecit. tãdem idẽ bo. fi. pos. pereginat⁹ etiã retinuit ciuilem aio que sufficit ad vsucapionẽ dimisit naturalem. ego dñs reperi naturalem vacuam eam occupaui & detineo bo. fi. pos. nõ fuit repulsus nec suspicat⁹ se posse repelli. et ita ciuiliter semꝑ possidet & vsucapit: oportet q̃ ego qui rem teneo & sum dñs agam vel perdam. Et idem dicit Jac. q̃ agere possuz contra ipsum rei vendi. q2 ciuiliter possidens tenet rei vẽdicatione: vt. l. cuiuscũq̃. ff. de vsufru.
12 ¶ † Certe nõ credo q̃ hic loquatur de isto casu: quia volue & reuolue nõ reperies hũc casum scriptũ in li. ff. ad quem text. se refert. sed casus pe. bene reperitur. ¶ Sed oppo. rei deposite possessionem retinemus. ff. d de po. l. licet. §. rei. & eodem modo rei commodate: & tamẽ constat q̃ deponens & commodans agunt rei vẽdi. contra depositarium vel commodatarium. ff. de rei vẽdi. l. omnium. ¶ Quidam dixerũt qd rei vẽ. non dat possidẽti. nec obstat arg. predictum: q2 deponẽs vel cõmodans hoc ipso qd agit rei vẽdi. desinit possidere & renũtiat possessioni ꝑm eos hoc nõ est verũ. vt. ff. de acqui. posses. l. naturaliter. §. j. ff. de vi & vi ar. l. cũ fundũ. §. fi. vnde dic q̃ possidẽti nõ dat rei ven. sz possidẽti & nõ detinẽti sic. Ergo errauerũt glo. & doct. antiqui qui dixerũt q̃ rei vendi. & interdictũ retinende possessionis nõ possunt simul intẽtari: q2 intẽtando rei vẽdi. dicit aduersariũ possidere. intẽtando vti possidetis dicit se possidere. & sic est tanq̃ contrari⁹ repellẽdus. & nõ ẽ verũ: q2 vtrũq̃ dat cõtra detẽtatorẽ & nõ possidẽtem. vt. s. dictũ est. De hoc vide. C. de rei vẽdi. l. ordinarij. extra de reg. iur. c. qui ad agẽdũ. lib. vj. per Dy. ¶ Itez oppo. contra hunc. §. ꝑm Dy. hic dicitur q̃ sicut dat vendi. pro rebus corporalibus: ita cõfes. ꝓ incorporalib⁹. Cõtra ea que possidentur vendicantur: incorporalia nõ possidentur. ff. de acqui. pos. l. iij. in pn. de vsuca. l. sequit. §. si viaz. ergo nõ vẽdicant. ergo nec confessoria pro eis datur q̃ habet instar vendicationis. ¶ Sz dicas q̃ incorporalia nõ possident: sed quasi possident: & tm̃ valet i illis quasi possessio quãtum incorporalibus vera possessio. ff. de ser. l. quoties. ¶ Itez pone q̃ si legat vel promittit mihi seruit⁹ possum agere ex testamẽto vel ex stipulatu: & sic videtur confes. inutilis cũ satis sit prouisum per alias actiões. Quidam dicũt q̃ confessoria competit seruitute cõstituta: & tũc nõ competunt ille actiones personales: quia sunt extincte per constitutionem seruitutis sicut per solutionem: sed hoc non est veruz. C. de vsufru. l. corruptionem. Uñ dicendũ q̃ vtilius est habere cõfessoriã ꝓ seruitute constituta q̃ ꝑsonalẽ tm̃: q2 facilius est defendere q̃ iã habes q̃ cõseq̃ de nouo ꝑm Dy. imo ꝯfessoria est necessaria: q2 ꝑsonalis nõ dat: nisi ꝯ ꝯstituẽtem hec dat ꝯ quẽcunq̃ turbantem: vt satis. s. dictũ est. & ff. si ser. ven. l. & si forte. §. sciendũ. Ista sufficiant ꝓ lectura huius. §. verũtamen quia in hoc titulo doctores congerunt quicquid possunt insistendum est circa materiam harum actionũ: vt earum plenior cognitio habeat. ¶ Et scias q̃ Pe. d bel. per. querit hic octo. Primo quid est cõfessoria. Secundo vnde ꝓcedat. Tertio cui datur.

Quarto ꝯ quē. Quinto q̄re sic dicitur. Sexto ad q̄d ꝯpetit. Septimo que veniant in ea. Octauo qualiter formetur libellus: ⁊ p⁹ oia idem querit de negatoria. ⁊ quia aliqua de his modicū importãt effectum: idcirco parū insistam in aliq̄bus.
13 ¶ † Queram⁹ ergo q̄d sit confessoria. Dicit Pet. ꝙ confessoria est actio in rem competens alicui ratiōe seruitutis sibi debite vl̃ fundo suo vel quasi suo ꝯtra impedientē ad declarationē sui iuris. Quod sit in rē appet hic. ¶ Quare dicitur ratione seruitutis sibi debite vel fundo ⁊c. apparet quia personales debentur ꝑsone: reales seu prediales fundo ff. si ser. ven. l. ⁊ si forte. §. etiam. in fi. de neg. gest. l. qui aliena. §. fina. Uel quasi suo dicit ꝓpter creditores vel superficiarios quibus cōpetit vtilis: vt. s̃. no. est in gl. exēplum impedientez quē cunq̧ siue sit dñs fundi seruientis siue non. ff. si ser. vē. l. si quis diutur
14 no. §. fi. ¶ † Secundo q̄ritur vnde procedat. respondeo sicut in vendicatione requiruntur: videlicet dñium ex parte agentis et possessio seu facultas restituendi ex parte rei: sic in ꝯfessoria req̄rit̃ ex parte actoris ꝙ seruitus sit acquisita ⁊ cōpetat ipsi agenti ex parte rei q̄d prestat impedimentū. ¶ Tertio q̄ritur cui cōpetat. Dicit idem Petrus ꝙ illi q̄ habet seruitutem debitam sibi vel fundo suo vel quasi suo. quare hec verba dicātur: satis est. s̃. expositū q̄ꝑuis idē Petr⁹ repetat. ¶ Et caue tibi q̄ꝛ i hoc ꝙ dicit sibi debite supra in multis locis nō dꝫ subaudiri ⁊ ꝑ patientiā ꝯstitute: q̄ꝛ ad hoc ꝙ actio ꝯfessoria cōpetat neduz req̄ritur ꝙ seruit⁹ sit debita ex pacto vel cōuentione: immo opꝫ ꝙ sit quasi tradita ꝑ patientiā. ff. de serui. l. quoties. ij. de serui. rust. predio. l. j. in fi. ⁊ per vsum illi⁹ q̄ acq̄rit. Et vt melius hec materia innotescat tractemus q̄ũo acq̄ratur seruitus: quia in his cōsistit medulla ⁊ ꝑfectio materie. ⁊ certū est q̄d acquirit̃ ꝑ omnem ꝯctum ⁊ cōuentionē sicut cetere res patiētia ⁊ vsu postea subsecutis
15 vt statiz tactū est. ¶ † Quid ergo si titi⁹ debebat tibi seruitutem vel aliq̄d deuerīū. tu vendidisti illud deuerīū sempronio titius obligauit se sempronio ⁊ tu quittasti titium. nūquid ex hoc est trãslata proprietas et possessio seruitutis in sempronium. Dicas ꝙ non: q̄ꝛ sicut in adēptione ꝓprietatis rerū corporalium opus est traditione. sic in seruitutib⁹ q̄rendis op⁹ est vsu. vnde obligatio non est mod⁹ traditionis. ideo op⁹ est vsu reali. ⁊ idē dicerem in adēptione iurisditiōis ⁊ aliorū iuriū. vñ si subiecti recognoscant se subiectos ⁊ ꝓmittant. nō ex hoc est possessio immo nec ꝓprietas iurisditionis acq̄sita q̄usq̧ vti ceperit. Et hāc partē vr̃ tenere Inn. extra d̄ cap. mona. c. cū dilect⁹. ⁊ hoc satis est claꝝ. ⁊ facile quādo sic acq̄rit̃ serui
16 tus. ¶ † Quid si legat̃ tūc non obtinerent p̄dicta immo statim adita hereditate ꝓprietas seruitutis acq̄rit̃ legatario. ff. quemadmodū serui. ami. l. si par
17 tem. in prin. ⁊. §. j. ¶ † Item acq̄rit̃ serui
a tus ꝑ prescriptionem [a]. x. an. inter p̄sentes. vel. xx. inter absentes si habeat causam cōtinuā: si non hꝫ causam ꝯtinuaꝫ non acq̄ritur nisi p̄scriptione tāti tp̄is de cui⁹ initio hoīm memoria non existit. vide. ff. d̄ serui. l. seruitutes. ⁊ hoc sequūtur oēs doct. iuris ciuilis q̄d procedit sine dubio quantū ad primū mēbrū vbi prescribens hꝫ bonā fidē. ¶ Quid si sit malefidei pos. Hic dꝫ dici ꝙ req̄rit̃

a ¶ Prescriptionē. De hoc vid̄ angel. hic in vij. col. ꝓpe fi. ꝟsic. Quero q̄ꝫto tp̄e., vide ꝑ doct. in. l. ij. C. d̄ serui. ⁊ aq̄. Item post omnes. vide do. Felin. in. c. de iiij. col. xv. post med. extra de ꝑ scrip.

¶ Secūda ꝑncipalis questio.

¶ Tertia ꝑncipalis questio.

tur.xxx.ãni:q2 malefidei possessor minori tpe non pscribit.vt in.l.sicut de pscri.xxx.annor.¶ Quid ergo dices in seruitiis & pstationib9 nunquid requiritur tm tẽporis q nõ sit memoria. Uidet q sic cũ cãm discontinuam habeant.¶ Sed in illis potest dici contra q sufficit longi temptoris prescriptio.C.de agri.et cen.l.litib9.&.l.cum satis.& est magna ratio: quia non debet idem ius nec eadem ratio censeri in eo qui patitur & nihil agit & in eo qui prestat & soluit quolibet anno:q2 ille magis sibi preiudicat q propria manu soluit q̃3 ille qui patitur solũmodo forte ex impotentia.& hec pcedunt in seruitute formãda & acq.de no
18 uo.¶ † Quid informata. Uerbi gratia tu habebas denariũ sup fundo castro vel manso cecidisti a possessione aliqs occupauit qui mihi vendidit:ego leuaui vel percepi denarium illũ per.x.vel xx.annos cum titulo & bonafide.nũqd sum tut9 contra te. Uidet q non nisi sit tantũ temporis q excedat memoriam hominũ &c.per dictam.l.seruitutes.cu3 ibi notatis.potest dici q si seruit9 hmõi formata adhereret alicui rei corporali: tũc qstio non est dubia.ff.de vsucapione.l.si aliena.§.hoc iure.sed vbi nõ adhereret vr magis dubia.tamẽ p parte ista facit qđ poterit prescribi debito tpe ex quo formata ẽ semel:q̃uis al's esset prescriptione legitima inacqsibilis & pro hoc q2 seruit9 hominis liberi non potest acqri prescrip.C.de lõg.tẽ.pscri.q pro li.l.fi.& tamen constat q si seru9 sit põt vsucapi & ius seruitutis in eo.C.de vsuca.pro emp.l.venditioni.et de hoc non mirandũ si aliud tps ɔstitutũ sit in seruitute formata acquirenda q̃3 in formanda.quia hoc videmus similiter in amittenda seruitute.etem nõ formata non amittit.x.vel.xx.annis.s3 formata sic.C.de vsufruc.l.corruptionẽ. quẽad.ser.amit.l.si sic.de vsuca.l.seqtur.§.fina. Igitur si in amittenda sit discõueniẽtia cur non in acqrẽda.¶ Canoniste vero vident habere aliã doctrinam in pscriptione hay seruitutũ.nam fm eos ois seruut9 vniformiter.xl. annis pscribit. extra de causa possessio.et proprieta.c. cũ eccl'ia.nisi esset ɔ ius ɔmune.extra de prescri.c.j.lib.vj.Sed Innocẽ. alio modo dicit extra de
19 pscr ip.c.de qrta.¶ † S3 quero a quo tempore incipit prescriptio seruitutis acqrẽde. Dic q a tpe q incipit vti iure suitutis aduersario sciente. C.đ serui.l.ij.ff.de itinere actuq3 priuato.l.fin. & incipit possidere [a] per primu3 & vnicũ actũ.vt no.per doc.extra de causa possessio.& pprie.c.cũ ecclesia.ver est tamẽ q q ad interdictũ de itine.act.prius.requiritur q iuerit.xxx.diebus.ff.de itinere actuq3 priuato.l.j.§.j.oportet ergo q actor probet q vsus sit in re seruitutis aduersario
20 sciente.¶ † Sed qs erit modus probandi. Dicas in negatiuis si prohibuit.Uerbi gratia.vicinus volebat eleuare domũ sua3:tu prohibuisti eũ dicens q hoc non poterat pter seruitutẽ qua3 tibi debebat si obtemperauerit extũc incipis possidere:q2al's si p mille ãnos tenuisset domũ suam dephensa3 nõ pscriberes.ff.đ serui.vr.pdi.l.q luminibus.vbi de hoc.nisi aliqd aliud fieret p quod posset dephendi vsus seruitutis q2 forte stillicidiũ dom9 tue per temp9 sufficiẽs recipet:tũc ei leuare nõ posset q2 seruit9 affirmatiua esset acquisita videlicet stillicidij recipiẽdi.ff.de serui.vrba.predio.l.foramẽ.in fina.de aqua plu.arcẽ.l.ij.§.ij.

[a] ¶ Possidere. Uide hic ang.in vij. colum. prope finẽ ver. quero quando d[illegible]catur.

C.de serui.l.si manifeste.Et ideo credo
ꝙ si in vna villa fuisset furnꝰ ad quem
ppl's loci ꝑ centū annos venisset ꝓ pa=
ne decoquēdo qd ille cuiꝰ est furnꝰ non
pōt ꝓhibere:quominus ppl's vadat ali
bi vel ꝗlibet posset sibi edificare furnuꝫ
nisi al's ꝓhibuisset:qꝛ cōtra illa ꝗ sunt
licita de se ⁊ debenꝫ de iure cōi nō ex cō
uentione non currit ꝑscriptio nisi a tpe
quo ꝗs prohibitus est iure ꝯrio:vt per
predicta.¶Sed in affirmatiuis dicunt
glo.ꝙ oportet probari ꝑ testes ꝗ vide=
runt constitui seruitutē.vt no.ff.de iti=
nere actuq̄ꝫ priua.l.j.§.ij.¶Sꝫ hoc non
vr̄ ꝓcedere:qꝛ sic oporteret ꝓbari ti.cō=
tra.l.si ꝗs diuturno.ff.si serui.vēdi.dic
ergo ꝙ modus ꝓbandi est si probet se
dixisse corā multis se vti iure seruitutꝫ
sic ꝙ ad notitiā aduersarij potuerit de
uenisse vel coram eo:tūc sine dubio sa=
21 tis constat ꝙ eo sciente.¶†Quid si nō
possit hoc ꝓbare:sꝫ ꝓbat frequētē vsuꝫ
aduersario existēte in ꝑsentia ⁊ scire vo
lente.¶Dicas suꝑ hoc:⁊ in hoc bn̄ ad
uerte ꝙ scientia aduersarij bn̄ ꝓbatur
qn̄qꝫ ꝑ actuū frequētiā:qn̄qꝫ ꝑ vnicum
actū:qn̄qꝫ nō ꝓbaꝫ etiaꝫ ꝑ frequētiā:a=
ctuū s̄m diuersitates factoꝝ.nā ꝗdam
sunt facta ꝗ ꝗs nō pōt exercere:nec ad
ea ꝗs ꝯsueuit recipi:nisi habeat ius:vt
ꝙ extraneus ꝗ nō est de collegio inter=
sit electioni alicuiꝰ ꝑlati ⁊ vocē ⁊ ꝯsen=
sum det in electione.et in talibꝰ ꝓbato
vnico actu facto sciente aduersario pre
sumitur qd iure seruitutis hoc fiat ⁊ iu
re debiti.et extunc incipit possidere.ff.
de mor.infer.l.si prius.Quedam sunt ꝗ
possunt ⁊ cōsueuerūt exerceri absqꝫ eo
qd aliꝗs ius habeat.⁊ in istis cadit di=
stinctio.nam quedā sunt ꝗ de sui natu=
ra videntur ⁊ ꝑsumunꝫ cā curialitatis
⁊ familiaritatis.ꝗdam non.sed se ha=
bent indifferēter.Uerbi gratia.tu eras
amicꝰ meus:venisti frequenter ad do=
mū meam ad iacendū vel comedenduꝫ
ego te recipiebā leta facie.⁊ ita fecisti ꝑ
plures vices ⁊ annos.nūc vis trahere
ad ius seruitutis:credo qd non posses
nisi ꝓbes qd iure seruitutis venires et
recipiebaris:qꝛ factum de se importat
ꝑsumptionē familiaritatis.etem̄ tales

receptiones cōsueuerūt iure familiari=
tatis fieri.ff.de acq̄.pos.l.qui iure.de iti=
nere actuqꝫ priua.l.fi.⁊ no.Inno.de cā
posses.c.cū ecclesia.⁊ ideo non obstante
vsu oporteret te ꝓbare qd iure seruitu
tis ⁊ aduersario sciente vsus fueris.Sꝫ
in factis ꝗ se habent indifferenter.Uer=
bi gratia.transiuisti per fundum meū.
hoc consueuit fieri quandoqꝫ absqꝫ iu=
re seruitutis vel causā abbreuiandi iti
neris vel euitandorum lutorum ꝗ sunt
in via publica:vel al's prout placet:et
tūc non presumerem qd iure seruitutis.
In hoc aduertenda est multum quali=
tas facti.nam si fundus meꝰ esset iuxta
viam publicam et itinerator frequēter
ꝑ fundū meū ꝓpter euitanda luta tran
siret ad suū:nunqꝫ ꝑsumerē qd iure ser
uitutis.sed si aliꝗs hꝫ fundū ꝓpe meū
⁊ transeat frequenter ꝑ fundū meuꝫ ad
suum:tunc ꝓbata frequentia ꝑsumereꝫ
qd iure seruitutis.nam ex vsu ꝑsumitur
animꝰ possidētis.vt.d.l.j.§.ij.ff.de vsu.
l.cū de in reꝫ verso.⁊ ita tēpera dictam
glo.ꝗ est in.d.l.j.§.ij.videlicet qd opor=
teat probari qd iure seruitutis ⁊c.quia
non est veꝝ hoc casu:sed bene pōt esse
verū in casibus superioribꝰ qn̄ ex qua=
litate facti nō presumiꝫ qd iure seruitu
tis.vnde in his iudex ex ꝗlitate facti d3
cōiecturare qd equuꝫ est.⁊ ad hec vide
qd no.Inno.extra de post.c.bone.Et
caue ꝙ hoc casu ꝓbatio vsus valet ad
duo:vcꝫ ad probandū qd extūc incepit
possidere ⁊ quod iure seruitutis ⁊ intel
lige ꝙ extūc valet a tempore quo vsus
fuit frequenter:non a tpe quo incepit
vti pmo.Et est ꝓbabile dicere q si plu.
diebus iuerit qd extunc incipiat possi
dere iuxta materiam illaꝫ de itine.actu
qꝫ priuato ⁊ ꝑscribere:qꝛ extūc ꝑsumi=
tur qd aduersariꝰ sciat eū possidere iu
re seruitutis ex illo frequēti vsu.et rec
22 ꝓcedūt in ꝯuitute formāda.¶†Quid
i formata.Uerbi gratia.tu possidebas
vsūfru.in fundo titij vel iurisditionem
vel dominium in aliqua villa aliꝗs oc
cupauit.credo qd non sunt ꝑmissa att
denda:immo credo ꝙ illa possessio per
datꝫ:sicut possessio rei corporalis vide
licet per expulsionem.ꝑ nō admissionē

p obliuionē cum sit eadē ratio iuxta.l. clā possidere.§.qui ad nūdinas.ff.de acq̄ren.pos.de vsucap.l.furtū.§.j. ¶†Sed
23 q̄ritur nunquid requirat q bonafides p betur et quod nō vi aut clam etc. glos.q sic in.d.§.ij. de iti.actuq3 priua.¶Dyn.tenet ibi contra. et dicit q pbato vsu hec oīa p̄sumunt. ¶Opinio tū glos.videtur fulciri p.l. si q̄s diuturno. vbi videt expressum. Item q2 incipiendo vti sine titulo presumit malefidei possessor.ff. de vsuc.l.furtum.§.j.p Dy.facit:q2 tm̄ facit vsus in prescriptione rerū incorporaliu3 quantum facit titulus et possessio in prescriptione rerum corporaliu3 sed pbato titulo et possessionem p̄sumitur bonafides in p̄scriptione rerū corporalium.vt.l. nemo predo est.ff. de re. iu.C.de p̄scri.xxx.an.l.si q̄s.ergo probato vsu p̄sumitur bonafides. ¶Sed an istud posset responderi q tm̄ facit vsus in p̄scriptione rerū incorporaliū etc.verum vt p̄scriptio pcedat alijs assistētibus q̄ sunt necessaria in bo.fi. possessore:sed nō facit tm̄ quo ad bonā fidē p̄sumendā. ¶Quis ergo erit mod9 probādi bonā fidē[a]. Respōdeo si pbet titulū licet forte minus sufficientē.extra de p̄scrip.c.j.li.vj.vel si ceperit predecessorē in possessiōe vel si audiuit a fide dignis q seruitus debebat et multis alijs mo-
24 dis s̄m factorum qualitates. ¶†Sed quomodo probabit quod non vi nō clam non precario. Potest dici q probatis p̄missis vel aliquo eorum probat se non vi nec p̄cario possedisse. vt.ff. quod vi aut clam.l. vim facit.§. j. al's cū si haberet probare quod nō p̄cario vsus fuerit testes haberēt deponere de negatiua quod nullo iure est tolerabile.quod non clam vsus fuerit probat si pbet se vsum pala3 publice aduersario sciente vel scire volente.vt.l.ij.C.de serui. ¶Et nota q q̄uis in prescriptione rerum corporaliu3 sufficiat habere bonam fidem ab initio in prescriptione seruitutis req̄ritur semper.vnde si vsus fuerit vno vel pluribus annis bo.fi.et an̄ cōpletā p̄scriptionē superuenerit malafides:q2 phibitus fuit p dn̄m rei seruiētis nō p̄scribit. vt.d.l.ij. de serui.C.et pōt assignari ratio que ibi redditur in glo.in simili videlicet in eo quod in seruitutibus requirit sciētia aduersarij.in icorporalib9 nō.q2 possessio seruitutis nō est vera possessio:nec p̄scriptibilis de iure cōi.ff.de vsucapi.l. si aliena.§.hoc iure. sed in corporalibus est vera possessio. ¶Sed huic opinioni videt resistere quod.s.dixi.videlicet q in negatiuis seruitutibus nō acquiritur possessio quousq3 volens vti seruitute prohibitus fuerit.vt not.in.l.qui luminibus.ff.de seruitutib9. et sic videtur quod prohibitio nō tollat prescriptionē seruitutis:imo causat eam. ¶Solutio. cōcedo q prohibitio facit possessorem phibentem vna cū patientia subsecuta.sed non dat ei causa3 p̄scribendi:nisi ex iusto titulo fieret:imo causat violentiam et malā fi.vt.l. vi3 facit.§.j.ff. quod vi aut clam.¶Illud autem nota q vbi potens vsus est super non potēte et maxime q̄n gagiabat vel arrestabat vl' gagiari sine cāe cognitiōe faciebat p̄sumit violentia.ff.q met.cā.l.fi.§.pe. Et no. Inno.in.c. bone. de postulādo. an aūt requirat titul9 i hmōi p̄scriptiōe. dic vt in.l. si quis diuturno.vbi d. et q non req̄rit.s3 tū fallit in vsufruc. qui censetur pars dn̄ij. ff. de vsufruc.l. iij. in quo videtur requiri titul9 sicut in dominio. ff.de vsucapi.l.celsus.et l. nulla nec obstat.C.de

[a] ¶Mod9 pbādi bonam fide3. De hoc vide Iaso.in seq.§.i.xxj. col. in me. in ver. ite3 vltra predicta.

5 ¶†In glo.vel actione ex stipulatu.i fine hoc multum sunt aduertenda verba.quid enim si dicat sic.Constituis te soluturum quod mihi debes.& respondes cõstituo.nũqd est stipulatio vel pactum de ɔstituta.Ja.dicit ꝙ est stipulatio cũ stipulatio cõtrahat per quecũqȝ verba.§.de ver.ob.§.sed hic solẽnia.C.de Jhen.& cõmit.sti.l.omnes.Unde si dicas vendis mihi pro.x.equũ hũc.& tu respondis vendo.stipulatio est ꝓm eũ ꝓm hoc in ꝑpaucis hȝ locũ hec rõ:qꝛ cõiter vtuntur hoĩes interrogatione & rñsione.& sic semp erit stipulatio.ꝑpter quod cõcludit ꝙ vbi est stipulatio nihilominus est de cõstituta & quod he actiones pñt cõcurrere:qꝛ ꝑtor est largus & subuenit egentibus & nõ egentibꝰ.§.de bo.pos.§.quos aũt.nec ob.is text.alioqui si ex stipulatione promiserit iure ciuili teneꝛ verũ est & de cõstituta.nõ eñ intẽdit excludere quin ea possit agi.Et vides in simili.nam tex.dicit ꝙ publiciana datur nõ dño.& tñ propter hoc non excludiꝛ quin deꝛ domino.vt.§.eod.§.alie.ꝓm eũ.Jlla opi.nõ placuit mihi ibi nec ista placet hic Pe.de bel.pti.Dicit enim ꝙ vbi per stipulationẽ constituiꝛ nõ hȝ locum hec actio nam remedium pretoris quod inducit contra equitatẽ nõ cõcurrit cum alio remedio nec extẽditur ad casum quo alio remedio ꝑ ius cõmune ꝓuisum est:vt patet i remedio cautionis qᵭ non obtinet qñ liberatio est legata.ff.vt in pos.le.l.j.§.si debitori.ff.de eden.l.quedã.igitur cũ ꝑtor introduxit contra ius cõe quod hec actio detur ex nudo pacto nõ dȝ extẽdi ad casum quo per stipulationeȝ ꝓuisum est. Preterea hoc videtur probari.ff.de noua.l.si ita stipulatꝰ.§.j.cũ.l.se.per quã l.apparet ꝙ vbi stipulatio iterponiꝛ ꝙ non nascitur actio ex contractu.Unde bene potest cõstitui per pactũ.possum enim ꝓmittere sine interrogatione vel ante interrogationeȝ absenti ꝑ epl̃am vel ex interuallo sic tñ ꝙ non appareat animꝰ stipulãdi.nec obstat.ff.de cõsti.
6 pecu.l.j.§.eũ q.¶†Sȝ:qriꝛ qñ interponiꝛ stipulatio quis cõtractus erit vtrũ erit fideiussio vel cõstitutio in hoc cõsistit magnus effectus.nã fideiussor non obligatur in plus nec in alio.§.de fideiusso.§.fideiussores.cõstitutor sic.ff.de cõsti.pecu.l.sed si anteriori die.&.l.ꝙ si maritus.&.l.itẽ illa verba.§.proinde.l.ij.§.antepe.& vr̃ ꝙ nõ sit cõstitutio per hũc.§.preterea.in hoc vr̃ differentia inter fideiussorẽ & ɔstitutorẽ:qꝛ fideiussor semper per stipulationẽ.C.de fideiusso.l.blãditus.ɔstitutor qñ ꝑ pactũ.ff.de cõsti.pecu.l.j.& hec videtur veritas.& probatur.ff.de constit.pecu.l.j.§.eum qui.vbi aperte concluditur ꝙ aliud est constituere:aliud est promittere per stipulationem vt.C.eod.l.ij.vbi dicitur non est absimilis stipulanti ergo si sit similis:non est eadem nec per eam cõtrahitur:qꝛ aliud est.id cui simile.ff.deposi.l.quod nerua.Concluditur ergo opinio Jaco.supradictam a veritate deuiam esse.Qualiter ergo nominatur talis ꝓmittens per stipulationeȝ.Satis credo ꝙ possit vocari sponsor de quo in auẽ.de fideius.§.j.& vide ibi plura nomina intercedentium que videntur sinonyma.& tñ nõ hic vt ibi no.credo tñ ꝙ illᵭ qᵭ in iure constituitur de fideiussore dȝ habere locũ & nõ in ɔstituente ꝑ.l.fi.C.de cõsti pecu.& per dictũ.§.primũ.nisi i casibꝰ qbus reperiꝛ ɔtrariũ expressum in iure.qᵭ reperiꝛ qñqȝ vt in casibꝰ superioribꝰ.Jtẽ no.ꝙ licet ꝑ stipulationem nõ possit debitũ cõstitui:tñ id qᵭ per stipulationẽ debetur põt cõstitui per pactuȝ.vt.ff.de cõstitu.pecu.l.promissor.
7 ¶†Jtẽ queriꝛ nũqd actio de constituta & principalis possint simul intẽtari seu cumulari.Jaco.dicit ꝙ si primo agitur de cõstituta non põt actio prima cumulari.sed econtra si primo agiꝛ principali põt cumulari.actio de constituta & moueꝛ duabꝰ regulis que cõsueuerũt tradi.Pria ẽ ꝙ vbi sũt due actiões q̃ ita se hñt ꝙ snia lata i vna obstat exceptio rei iudi.i alia nõ ꝑt fieri cumulatio al's
8 sic.¶†Scda ꝙ vbi sũt due actiões ꝑ q̃s idẽ petiꝛ snia lata i vna obstat exceptio

rei iudi.in alia p̄ma ꝓbat̃.ff.de except.
l.fundi.scđa de excep.rei iudi.l.⁊ an ea
dē.in prin.⁊.l.si mater.§.nūc dicit ipse.
actio de ꝯstituta principalis ita se hȝ ꝙ
snia lata in p̄ncipali nō obstat exceptio
rei iudicate in cōstituta ⁊ ideo intētata
prima pōt cumulari de ꝯstituta. Ex hoc
apparet ꝙ si reus absoluat̃ in principa
li qꝛ forte nō est actio efficax: qꝛ debitū
naturale tm̄ nō obstat exceptio rei iudi
cate quominus possit agi de constitu-
ta. qꝛ ad esse cōstitute sufficit obligatio
naturalis in principali debito: igit̃ cu-
mulatio admittit̃: sed ecōtra dato libel
lo in cōstituta non potest cumulari pri
ma actio seu principalis: qꝛ snia lata in
constituta obstaret exceptio rei iudica-
te in prima: qꝛ idē ꝟtit̃ i vtraqꝫ. Nā ad
esse ꝯstitute requirit̃ ꝙ sit dubiū in p̄nci
pali. idē q̄rit̃ an sit dubiū vel nō: qꝛ si nō
sit dubiū pōt intētari. Idcirco cuȝ eadē
res vtrobiqꝫ petat̃ et snia lata in prima
obstaret ergo exceptio rei iudicate i se-
cūda hoc casu nō admittit̃ cumulatio.
Unde in principali pōt absolutio fieri.
duabꝰ de causis. vna quasi nō sit dubiū
efficax: ⁊ tunc nō obstat exceptio rei iu
dicate in cōstituta. alio mō quasi sit oi-
no indebitū. ⁊ tūc obstat. Uerū est qꝛ in
dubio vr̃ ꝓnūtiatū quasi sit oino inde-
bitū. vt.ff.de iureiu.l.duobꝰ.§.colonꝰ.et
l.si duo.§.idē iul.⁊.l.fi.ṡȝ eū. Pet. nō reci
tat opi. Jac. sȝ bene facit hic hanc q̄onē
in qua tȝ totū ꝯ̄riū dicit em̄ ꝙ prima in
tētata nō pōt cumulari de cōstituta sed
ecōtra sic. ⁊ mouetur: qꝛ ex eo ꝙ actio de
cōstituta est accessoria ideo nō pōt intē
tare prima pēdente sed ecōtra sic p.d.l.
fundū.cū.l.se. ⁊ facit ꝓ Pe.ff.de iureiu.
l.si actor. vbi vr̃ quasi expressum. Sup
hoc videret̃ ꝙ opi. Jac. nō ꝓcedat: quia
nedū impedit̃ cumulatio vbi snia lata
in prima obstaret oino exceptio rei iu-
dicate in alia: imo vbi obstare posset ex
mō ꝓnuntiādi. vt not. Dy. ⁊ ꝓbat e.x̃ de
re.iur.c.nullus pluribꝰ. igit̃ cū Ja. cōfi-
teat̃ ꝙ si oino ꝓnūtiaret̃ indebitū p̄ma
obstaret exceptio rei iudicate in ꝯstitu
ta ergo sequit̃ ꝙ nō possit cumulari cū
pria ⁊ principali ꝓpter dubiū euentuȝ.
Preterea opi. Pe. non videt̃ ꝓcedere in

eo. qꝛ cōcedit cumulationē actionis [...]
cōstituta prima intētata: qꝛ idē vr̃ [...]
in vtraqꝫ actiōe vcȝ an sit dubiū. et [...]
snia lata in illa vr̃ obstare excep. rei iu-
di. in alia. ¶ Pōt dici ꝙ aut alius [...]
constituit ꝓ debitore ⁊ tūc videt̃ posse
cumulari actio prima actioni de cōsti-
tuta qꝛ snia lata ꝓ ꝯstituēte vel ꝯ̄ [...]
obstat exceptio rei iudicate in princip[a]
li. ⁊ ita vides in si.ff.mand.l.credito[r]
cū notatis.ff.de pac.l.fideiussor. Sȝ [...]
tra actio de consti. nō pōt cumulari [...]
me: qꝛ reꝰ primo ꝯueniēdus est. in [...]
de fideius.§.j. ⁊ hoc nisi esset renunti[a]
illi aut̃. ⁊ vbi ipsemet ꝯstituit. Et pōt [...]
ci sicut de hipothe. et p̄ncipali dictū [...]
proxi. vcȝ ꝙ ab initio possint cumul[ari]
ex postfacto non principali primo [...]
tata p supradicta. Uel pōt dici ꝙ p[rin]
cipali primo intētata possit fieri cum[u]
latio si sit lis cōtest. ⁊ reus cōfiteatur [...]
bitū: sed dicit se non teneri: qꝛ inch[...]
⁊ ex pacto nudo. nā tūc snia lata in [...]
nō obstabit exceptio rei iudicate in [...]
stituta ⁊ eodē mō si actione de ꝯsti[tuta]
primo intētata ⁊ lite ꝯtes. reus ꝯfi[...]
debitū verūtn̄ negat cōstitutū. vel [...]
non tenere ex alia cā. his em̄ casibus [...]
9 cōcedi posse. ¶ † Quero vltra an cō[sti]
tuens ꝓ alio possit agere ꝯ̄ reū si sol[uit].
In hoc esset distiguēdū an ꝯstituit m[an]
dato an sine. ⁊ sine an ꝓ ignorāte an [...]
sciēte. ⁊ si ꝓ sciēte an inuito vel tacente.
⁊ an animo donādi vel non. vt in fide-
ius.ff.man.l.si remunerandi.⁊.§.si pas-
sus.⁊.l.ex manda.⁊.l.q̇ fide.⁊.l.qui pa[...]
tur. ¶ Itē doc. q̄runt hic. certū est ꝙ c[ō]
stituenti dant̃.x.dies ad soluendum. [...]
l.ꝓmissor.§.j.ff.de ꝯsti.pecu. pone ergo
quidā se cōstituit soluturū quoddi m[a]
gnum debitum sub pena. q̄rit̃ vtrū p[e]
na cōmittat̃ post decēnium absqꝫ al[ia]
interpallatione. Uidet̃ ꝙ sic: qꝛ dies in-
terpellat pro hoie. vt.l.magna.C.de c[on]
trahē. ⁊ cō. stip. Ja. tenet ꝯtra. ⁊ ad.l.[...]
missꝰ.§.j.de ꝯsti. rn̄det qꝛ.l.nō iubet [...]
solui sed ꝓhibet ante exigi. vn̄ si (?) [...]
beret tunc solui haberet locū.l.magna.
Pe. dicit contra: nam vbi q̄s ꝓ [...]
ctum datur tempus p.l.quo facere [...]
tuerit: et tūc tempus illud interpella[t].
ff.de [...]

ff.de veb.ob.l.interdū.⁊.l.cum stipulatus essem abs te.tex.ille hoc non dicit. melius videtur facere.e.ti.l.si insulam. Sed nec illa.⁊ Pet.videtur dixisse ꝯtra §.de ver.obli.§.loca.credo tñ ꝙ hic verum dicit.nā negari nō potest quin hoc tp̄s deꝫ ad absoluendū ꝑ.l.⁊ sic videꝫ interpellare.⁊ videtur exp̄ssum.ff.de acti.⁊ obli.l.traiectitie.§.de illo.sꝫ si tp̄s non adijcereꝫ solutioni tunc videreꝫ obtine
10 re qd̄ scripsi in.d.§.loca.¶†Ex premis
a sis apparet quō sit formādus libellꝰ [a] Dicit talis actor cōtra talē reū ꝙ cū idē reus tenereꝫ eidē in.x.et cōstituerit ea se soluturū eidē actori eaqꝫ soluere recuset petit idem actor dictū reū condēnari ad soluendū ⁊ reddendū sibi eadē x.Si pro alio cōstituit.ꝯcludes eodem mō facta narratione facti vꝫ ꝙ cum talis tenereꝫ ei in tali summa quam talis reus erga euꝫ se cōstituerit soluturū.petit ⁊c.¶Sed contra hunc libellum pōt opponi q2 hic nō specificaꝫ causa debiti.et certū est ꝙ in actione personali debet specificari.ff.de excep.rei iud.l.⁊ an eadem.§.actiones.¶Ad hoc pōt dici ꝙ causa satꝫ specificaꝫ ex quo dicit ꝙ se cōstituit cum ex cōstitutione oriātur obligatio ⁊ actio:vt hoc ti. ¶Itē an debeat poni in libello quod nudo pacto. Uidetur ꝙ sic cum sit de essentia:vt hoc.§.et satis.§.dictum est.sed in his omnibus satis pōt dici ꝙ sufficiat dici ꝙ sit debitum ⁊ ꝙ se constituit.nam hoc dicendo videꝫ poni necessaria.§.de fideius.§.si.
11 ¶†Sed an oporteat ꝓbare ꝙ sit debitum.Pōt dici ꝙ constituendo ꝯstituēs confitetur sicut debitor qui cautionem exponit.ff.de consti.pecu.l.quidam.⁊.l.titius.⁊ hoc si cōstituaꝫ debitum certuꝫ secus si incertū ⁊ debitū quod debeo vel talis debet.ff.de cōsti.pec.l.qui aūt.ꝺm hoc frustra requiriꝫ ꝙ sit debitū ex quo non incūbit creditori onus.et maxime ꝙ cōstituēs vix audieꝫ ꝯ cōfessionē suā iuxta.l.gñalr.C.de nō nu.pec.ꝯstat aūt ꝙ cōsuetudo cōfiteꝫ.vt.l.ex hac scriptura.ff.de dona.C.de dona.l.v.igiꝫ totus ille tractatꝰ qui est.ff.eo.l.j.§.an potest videꝫ quasi inutilis.Item videꝫ ꝙ dato ꝙ debituꝫ nō sit verum ꝙ valeret cōstitutio per.d.l.v.de le.ij.l.lucius.§.quisquis.C.de fal.causa adie.l.ij.de lega.ij.l.si sic.¶Sed ad hoc dic ꝙ pretor introduxit hanc actionem contra ius commune in eo qd̄ eam oriri facit ex nudo pacto ⁊ quasi beneficiuꝫ qd̄ condonauit sicut voluit.vnde conditioneꝫ ⁊ naturā ei dedit ꝙ debituꝫ precedat ⁊ ꝙ debeat ꝓbari nō obstātibus verbis constituentis.nam frustra adiecisset hec si ex modo cōstituendi haberetur semꝑ probatio.et hec videtur fuisse mens pretoris et tex.Et per hoc rñdetur ad ꝯtria ꝙ confessio constituentis debet releuare a probatione debiti. Item falsa demōstratio nō debet nocere ex quo depositio ānectiꝫ qd̄;verum est nisi p̄tor als̄ disposuisset suū beneficiuꝫ moderādo:⁊ quasi similem responsionē dedi.§.§.rursus.

1 ☞ Peculiū hoc nomē multa significat.

2 Actiones.hoc ꝟbū quare poniꝫ hic i plurali cū vna sit actio.

3 Filiꝰ ꝯueniꝫ in peculio castrēsi:in aduētitio aūt pater tanqꝫ administrator legitimus.

4 Filiꝰ si habeat ꝓfectitiū ⁊ castrēse:an possit agi ꝯ patrē de ꝓfectitio si contrahat in castrensibus: quia forte emit equū vel arma.

5 Pr̄ an obligeꝫ ꝑsonalr̄ q̄tenus est in peculio.hoc est an actio de peculio hēat mr̄eꝫ obligationē.

Jo.fab. O

[a] ¶Libellus.Ang.⁊ Bal.⁊ Jas. hic in vlti. col.Et per Pe.Ja.i ti. de ꝯsti.pec.

a ¶Actiones aũt. Sũma sic ſm Ange. Ex cõtractu filij vel serui teneť pater ⁊ dñs peculiotenus de iure pretorio.

b ¶Dicit ꝯ. Tñ scđa opi.gl.cõiter tenetur ꝑ doc.⁊ h̃ aret.i.j.col.v̄. Et ꝓ euidẽtia ꝑmitte.

vsq ꝓpe fi. col.seq.i v. q̃ro vtruz. vbi q̃rit an ista sit natiua vel datiua. Itẽ i colũ.se. an debitũ filij vł ſui sit debitũ sui peculij. Itẽ q̃rit an valeat statutũ quo caueť q̃ p̃r teneať ex ꝯctu filij. itẽ vide h̃ do. Jaso. qđ sit peculiũ ⁊ q̃tuplex i.iij. col.⁊ i seq. col. an act. peculij oriatur ex naturali ⁊ ciuili obligatione. item vide: h̃ per Ãge. ꝓpe fi. iij.col. pulchrã q̃õnẽ an q̃ pater soluit ꝓ cõdẽnatiõe filij cõputeť filio i ltiaz. Itẽ ꝓpe fi. vj.col. q̃rit idẽ Are. an fili⁹ possit esse in iudicio tã de iure antiquo q̃ de nouo.

6 Obligatio q̃nq est ineffica ꝓpter defectũ substantialium: q̃nq ineffica non ꝓpter defectuz substãtialiũ: sed q2 ꝑsona inhabilitata est a iure. exempla ponit.

7 Fideiussor accedit obligationi p̃torie resultãti ex ꝯctu filij vel serui.

8 Actio de peculio an cõpetat ꝓ ꝯctu inito ante constitutionẽ peculij.

a **Actiões au**tem[a]. ¶†Not. q̃ pecu-
1 liũ multas recipit significationes. dic.ff. de pecu. in rubrica. ¶In glo. volunt quidam. in fine. hec est opi. glo. vbiq tamen Jac. de ra. dicit cõ-
b tra[b] q̃ est propriũ nomẽ actionis. et hic apparet q̃ quelibet actio habet distinctum tractatũ. hic aũt habet distinctũ tractatũ ⁊ titulũ ab actione mãdati ⁊ alijs vt ptz h̃.⁊.ff. de pecu.ff. de mã. et deposi. ¶Item nullo iure reperitur q̃ actiones he man. et deposi. et alie ciuiles sint pretorie ⁊ tamẽ de peculio est p̃torie: vt hic. Pet. de bel. perti. tenet opi. gl. q̃ sit cognomen actionis per dictuz. §. cui congruit. et est effectus: quia quandoq est bo. fid. videlicet q̃n cognominat acti. bo. fi. quandoq stricti iuris scđm eũ. Hec opi. videtur satis amica textui. ff. de pecu. l. iij. §. sed si filius. in fi. ⁊ §. se. eo. ti. l. deposui. de noua. l. fi. ꝓ qua facit: quia si esset vna haberet vniforme tempus prescrip. ⁊ tñ constat q̃ habet tale tp̃s quale illa cuius cognomen recipit. ff. quãdo act. de pecu. est annua. l.
cum post mortez. ¶†Item facit is tex. qui dicit actiones in plurali quasi non sit vna. ⁊ potes respõdere ad oẽs tex. q̃ nominant actionẽ de peculio. s. q̃ ꝓ peculio competit: sed si hoc verũ sit videť q̃ non sit pretoria sed ciuilis extensa sicut dr̃ de ciuilibus que competunt bo. pos. ff. de po. pos. here. pe. l. j. et ibi not. ¶Sed potest responderi q̃ illud obtinet quando ciuilis extendiť per pretorem cõtra illum qui al's obligatus fuit sed hic q̃n extẽdiť contra illum qui nullo modo fuit obligatus. et ideo dicitur pretoria quasi per p̃torez de nouo creata ⁊ videtur de mente text. q̃ sit species actionis. et idem de exercitoria ⁊ institoria ⁊ alijs: vt dicam. ĩ. tit. j. §. fi. vnde an sit nomen vel cognomen non est curandum: sed an sit species actiõis vide ibi
3 ¶†In glo. s. fi. istam glo. non oportuit hic poni: q2 satis tractabitur de ea. ĩ. j. ⁊. ij. vnuz tñ aduerte: q2 hec gl. p̃cedit in peculio profectitio. nã in castrẽsi vel quasi cõuenitur ipse filius in aduẽtitio pater tanq legitimus administrator si agnouerit vsũfru. C. de bo. que lib. l. cuz non solum. ⁊. l. cũ oporteat. alioqui ipse filius: vt notatur. ff. de castrẽ. pecu. l. pa
4 ter qui. in princ. ¶†Doctores querunt hic qui si filius habeat castrense ⁊ profectitium nunquid potest agi cõtra patrem de profectitio si contrahat in castrensibus: q2 forte emit arma vel equũ. Dicũt q̃ sic. ff. de pecul. l. hinc queritur. §. potest. qđ põt esse verum in subsidiũ al's non. ff. de testamen. mili. l. si certarum. §. j. ⁊ idem si habet beneficiũ ⁊ profectitium peculium q̃ pater possit conueniri pro his que gessit vt beneficiar⁹. Sed cõtra est extra de iudi. c. si annu.
5 ¶†Queritur nũquid pater obligetur quatenus est in peculio ꝑsonaliter. ꝓ quo est querere vtrum hec actio habeat matrem naturalem obligationem. Dicit Jaco. de ra. q̃ in hoc fuerunt opi. hu.

dicit q sic. Azo dicit q nō est obligatio naturalis sed ciuilis. Jaco.bal.dicit q nulla. ¶ Pro opi. Hug. videtur qr certum est q actiones personales habent matrem obligationem: sed in hoc differunt a realibus vt dixi.s.eo.in princip. z.§.j.sz actio de pecu.est personalis: ergo habet matrem obligationem ciuilē z naturalem: quia al's non potest competere: vt dixi.s.de obliga.in materia.
a ¶ Qd autem hec actio sit personalis [a] apparet: quia descēdit ex cōtractu vel quasi z competit ad dandum. z sic videtur personalis.j.e.§.sic itaqz. Preterea si esset realis cōcluderet ad declarandum.s.eo.§.omniuz.qd nō sit in ista: vt j.videbis. p hac parte faciūt omnes leges que dicunt q de peculio est cognomē actiōis que fuerunt allegate in additione.s.prima quia si nō nisi cognomen actiōis in substantia est talis qualis erat ante. Preterea lex videtur dicere eaz personalem.ff.de pecu.l.summa.§.fin. Preterea iste text. hoc intendit in.§.personam zc. ¶ Item sine obligatione principali fideiussoria non procedit.vt.l.fideiussor obligari.ff.de fideius.sed constat q pater qui tenetur de peculio potest fideiussorem dare.ff. ad maced.l.creditorem .ergo sequitur q sit obligatus. ¶ Pro opi. Azo. q non sit dare in actio.de peculio naturalem videtur vna ratio pro omnibus: quia certum est q naturalis oritur ex consensu et sine cōsensu non cōtrahitur.ff. de pac.l.j.§.adeo. z vidistis.s.in materia de oblig.sed pater z dn̄s obligātur de peculio etiam inuiti.ff.de pec.l.si qs seruum.§.fi.ergo non est ibi obligatio naturalis. ¶ Pro Jac.bal. q de peculio non sit actio personalis nec in ea sit aliqua obligatio facit: quia qui tenetur p̄sonali non liberatur quāuis rez desinat possidere: sz qui tenetur reali liberatur si possidere desinat.ff.de aqua plu.arc. l.emptor.cum.l.seq.z sequen.de rei vē. sinautem.§.possidere.quia actiones p̄sonales adeo sunt infixe oss̄ibus q ambulant cum persona.vt.l.si a sticho.ff. de pecu.sed ita est q pater et dominus desinunt teneri act.hac si desinant sine dolo peculium possidere: ergo non videntur teneri personali nec personaliter obligari.ff.de peculio.l.quesitum.C. quod cum eo.l.pe. Ja. de ra.dicit q potest esse q sit obligatio in actione de peculio quicquid ascribitur rei nō persone.que res subijcitur actioni: vt dictum fuit in rei ven.§.omnium.s.e. tit.et ita transit. Petrus dicit q actio de peculio est cognomē z causatur ex cōtractu est dare obligationez videlicet naturalem z ciuilez ex contractu filij qua filius tenetur: z naturalez ex cōtractu serui qua seruus tenetur: he obligatiōes extenduntur contra patrē z dominū qui de peculio cōueniuntur sicut possessor qui rem possidet cōuenitur rei vend. in hoc casu tamen videtur mirabile q actio q̄ non conpetit cōtra seruuz possit esse efficax cōtra dominum. vnde de actione que oritur ex cōtractu filij non est mirabile: quia illa est efficax contra filium. de actione que oritur ex contractu serui est mirabile.
6 ¶ † Sed ad hoc pōt respōderi s̄m Pe. q interdū actio ē efficax p̄pter defectū substātialiū seu essentialiū: vt qr infans qui nō habet cōsensum se obligat: ibi enim deficit ꝯsensus q̄ est essentia z talis non potest extendi.interdum est efficax non propter defectum: seu diminutionem sub-

a ¶ Personalis. De hac q̄stione vide do. Jaso. in.v. col. in me. ℣.an autez actio de peculio. vbi alleg. Joā. fabri.

stantialium seu essentia
lium.sed q2 psona inha
bilitata iure tūc nō mi=
rū si extenditur hoc. pōt
impugnari p.l.marcel=
lus.ff.de fideiuss.ꝛ si bn̄
inspicias pe.nō tāgit de
terminationez qōnis in
qua videtur dicēduz ꝙ
pater ꝛ dn̄s non obligā
tur naturaliter nec ciui
liter.sed pretorie.ꝛ sic vi
detur expressuz.ff.de ac
cep.l.an inutilis.§.fili9.
ꝛ facit de pecu.l.deposi=
ti.reperitur em̄ obliga=
tio p̄toria.vide.s̄.ō obl.
.§.j.ꝛ p hoc pōt rn̄deri
Hug.hec actio psonalis
est ꝛ ita hz matrem obli
gationē.nā pōt dicit qō
habet matrē obligatio=
nem q̄ resultat ex cōtra=
ctu filij vel serui ex qua
pretor ex eq̄tate dat ꝛ fa
cit oriri obligationem
cōtra patrez ꝛ dn̄m cui
lz sit psonalis dat in ali
quo naturā realis faciē
do eam sequi possesso=
rem peculij.nec est mi=
randum in hoc nā sepe
videm9 ꝙ actiones pso=
nales sequnt vniuersi
tatem patrimonij.ff. de
fideius.l.si debitori.C.de
fideius.l.j.cōstat aūt qō
peculiū est q̄dā vniuersi
tas patrimonij. hinc. l.
queritur.§.pōt.ideo nō
miruz si actio psonalis
7 ipm ꝓseq̄t.¶†Ad.l.cre
ditorē.ad macedo . pōt
rn̄deri ꝙ fideiussor acce
dit p̄torie obligatiōi re=
sultanti ex cōtractu filij
vel serui de qua.s̄.satis
dixi.ꝛ hec materia not.
in.l.fr̄ a fr̄e.ō ꝯdi.inde.
ꝛ iūge.s̄.de obli.§.fina.
a ¶Qualr formet lib ell9 a

apparet ex p̄cedentibus.Dicit.T.con
tra.B.ꝙ talis seru9 ei9 habēs peculiū
contraxit cū eo ꝛ se ei obligauit in tali
summa ꝛ ex tali causa que adhuc debe
tur:quare cum idē dominus dictum pe
culium habeat ꝛ possideat petit eū ꝯdē
nari in summa predicta quatenus vi
res peculij patient.ꝛ eodē modo cōci
pe si agas ꝯ patrē.Si agas contra illū
ad quem pueniit vniuersitas peculij re
citabis factū tuū ꝛ post ꝯcludes veruz
cū ad dictū reuz puenerit peculiū ipm
ꝙ teneat peti ꝛc.Et caue q2 ego credo
ꝙ actio de peculio non possit p vnam re
intentari.ff.de rei ven.l.vendicatio.nō
vt gregis sed pro vniuersitate.ff.de pe
cu.l.quesituz.¶Pōt tn̄ dici ꝙ ille q̄ vnā
rem peculiarem tz tm̄ possit ꝯueniri de
peculio q̄nimmo ꝛ si nulla dūtn̄ asserat
vniuersitatē tenere.ff.de pe.here.l.licet
minimā.ꝛ.ō.l.q̄situm.p quam videtur
vnū mirabile concludi.q2 vniuersitas
peculij remanet i vna re ꝛ idē dico si di
co si nil sit in peculio.ꝛ tn̄ in alijs vni=
uersitatib9 vr̄ ꝯtra.ff.qō cuius.vniuer.
l.sicut.§.fi.sz ibi qn̄ psone desierūt hic
qn̄ res ꝛ facit.ff. de pec.l.peculiū.§.pe.
de xb.sig.l. hereditatis appellatio.et
hoc facit ad id qō scripsi.s̄.de pub.sub.
8 .§.liberis.¶†Sed q̄ro nūq̄d possit agi
de peculio:pro ꝯctu ante ꝯstitutionem
peculij inito.Uerbi gratia.ꝯxi cum ser
uo vel filio añq̄ꝫ constitueret ei peculiū
post ꝯstituit.nunq̄d possuz agere de pe
culio.nō videt.ff.de pec.l.vbi arrogato
rem.in fi.sed ibi ꝯxit cū pfesa.vñ vide=
ret posse agi.ff.de separa.l.j.§.si filij.Et
lz hec nō videant sepe cadere in facto
in suis terminis p ipa possunt termina
ri multa q̄ cadūt in facto.scis ꝙ religio
si ꝛ maxime hospitalarij habēt multos
condonatos q̄ se ꝛ sua deuouerant dño
habent etiā monachi religiosos clau=
strales ꝛ socios prioꝝ forancoꝝ q̄ lz ad
ministrationē non habēt tn̄ tenent ꝛ ha
bent.bona q̄ regūt quasi ꝓpria de ꝯue=
nientia superioꝝ q̄ ꝯniuent frequenter
ꝛ qñq̄ꝫ pmittūt.hos credo posse ꝯueniri
de peculio ex ꝯctib9 cū talib9 religiosis
ꝛ ꝯdonatis initis ad instar dñoꝝ ꝛ pa=
trum.naz cum isti nō possunt habere p

a ¶Libel=
lus . Uide
hic ang.in
v.coluz.in
me.vers.in
practica tu
dic. et do.
iaso.hic. et
pe.ia.in ti.
de actione
de peculio
vide i spe.
de lib.con=
cep.§.xiiij.
Ps.ad hoc.

priū. sicut nec serui vel filij in pfectijs a merito possunt cōparari eis et possibile est ptorē hanc actionē extēdisse ad eos si puidisse tales futuros. et facit. j. ti. j. in pn ci. ¶ Itē no. q ꝫueniēdo ꝯstituit peculiū. ff. de pec. l. q̄stu beronis. §. sunt q̄dā. et l. nō solū. ¶ An aūt hec actio sit ppetua. Dic q sic q̄diu durat peculiū. sed vbi desijt p translationē serui vel emācipationē filij est annalis. Itez in pmo casu credo q sit illius tpis cui' est actio q̄ orit ex ꝯtractu inito. dic vt. ff. qñ ac. d pecu. est anna. l. j. §. annus. et l. cuz post mortē. iunge q̄ scripsi. s. de acq̄. p arro. §. fi. vide ibi et iūge q̄ dicā. j. q̄d cū eo. §. fi. et de noxa. act. §. fi. et in fi. et in prin.

1 ☞ Iuramentuz pstitum parte nō petente cui prodest.

2 Iuramentū si pstat in reali datur actio in factū indistincte et ꝯcurrit cū actione vtili: qñ autē iuratur in psonali distinguitur vtrum formiter vel informiter: quando formiter non datur actio in factum quare hoc ita.

3 Publiciana datur tm̄ contra deferentē vel eius heredem.

4 Iusiurandum et res iudicata equiparantur.

5 Iurans falsum et periurans an puniantur.

6 Iuramentū semp p veritate accipitur

7 Iuramentum delatum recusari nō potest nisi ex causa.

8 Actio in factum q̄ datur p iureiurando vnde oritur.

9 An aūt possit cumulari cum prima.

10 Reus si fuit absolutus qr iurauit non debere si postea ꝯfitetur an agi possit.

11 Emptor et venditor inter se litigāt: emptor iurauit se rem emisse pro decez an ex hoc sit fundata intentio venditoris.

12 Actio an oriatur ex iuramento: puta iurat aliquis se soluturum. x. tali die. an ex hoc iuramento oriatur actio.

13 Prelatus an possit deferre iuramentū in causa ecclesie.

14 Iurari qualiter debeat. et super quib' scripturis.

15 Quid si non fuit delatum iuramentum sed pars dixit se velle credere consciētie et fidei aduersarij: an agi possit.

Itē si quis.[a]

1 postulante. ¶ † In glo. j. pctenti in fi. Et hoc verum[b] iuranti ad vtilitatem suam sed prodesset parti aduerse si iuraret contra se. ff. de interro. ac. l. de etate. §. qui interrogatus. Item posset pdesse si diceret ꝯ se et p se. et aduersarius inniteretur cōfessioni: quia tunc aduersarius haberet recipere contra se sicut p se. ff. depositi. l. publia. §. fina. vide plene in breuiario. C. de confes. l. Litē dic postulante. et extraiudicialiter. ff. d iureiu. l. j. et ibi no. ¶ In gl. sic simpliciter in fin.[c] Not. hanc glos. pleniorem in hac materia de corpore iuris et Dy. hic eam summat et approbat. et sic transit host. eā approbat in summa de

2 iureiur. ¶ † Sed queri potest circa eam que est ratio quādo iuratur in reali datur in factuz indistincte et concurrit cū actione vtili: sed quando iuratur in actione psonali distinguit vtrum formiter vel informiter quando formiter glos. concludit q non datur actio in factum. ¶ Pōt dici q ex delatione et psentatione iuramēti oritur quedā obligatio qr quasi cōtractus est nūc qñ defert in actione reali si nō daretur in factuz non oriretur obligatio: quia in realitate nō est dare obligationē vt plene dictum fuit. s. §. j. iō pretor introduxit ex pre

a ¶ Itez si q̄s. Diuide fz ang. hic Et summa sic. si q̄s iurauerit aduersario deferente in iudicio datur ei ex sacramēto acti. ang. itē do. ias. hic icipiēs cir. fi. j. col. ponit. xij. effectus iuramenti.

b ¶ Hoc verū. Idē tzh Ang. allegās Io fa.

c ¶ In fin. Uid h do. ias. ad longū q̄uo hec gl. i suo fine a doc. reprobat. in vj. colū. v. gl. i vbo deberi. cir. pn co. Itē q̄rit hic are. q̄re i actiōe reali dat actio i fcm etiā si formit iurauerit: secus i act. p sonali. in iiij. co. post me. v. Que rūt ibi doc. itē i pn. co. sequē. q̄rit idē an iuramētū habeat executionē par atā. vide eū.

dicto iuramẽto obligationem ꝛ psonalem actionem in factũ: qꝛ nõ fuit necesse introduci qñ iuraꝶ formiter in actione personali: qꝛ ꝯpetit psonalis ex ꝯtractu. ¶ Quidam autem distinxerũt vtrum in reali iuretur informiter vl' formiter. Primo casu non datur in factum secundo sic. Sed hanc differentiam non approbant doc. dicũt em̃ ꝙ in actione reali semper est vna cã videlicet dominiũ: ideo semp est certa ꝛ formis. ff. de exce. rei iudi. l. ꝛ an eadẽ. §. actiones. ¶ Sed salua eorum reuerentia q̃uis cã immediata sit semp vna nihilominus mediata attendiꝶ. vt extra de senten. ꝛ re iudi. c. abbate. ꝛ dixi. s̃. eo. §. omniũ. vnde rationabiliter posset defendi qð si cã mediata exprimatur ꝛ iuretur super ea ꝙ detur actio personalis vtilis ex contractu q̃ allegaꝶ. quia cũ allegatio predicte cause attendatur quo ad exceptionem rei iudicate. vt. d. c. abbate. merito debet attendi quo ad hoc cum equiparantur. ff. de iureiuran. l. ij. ꝛ ideo potest suppleri huic glo. ꝙ interduꝫ i actione reali daꝶ vtilis ex contractu quando iu-
3 ratur formiter. ¶ † Item super eo qð in hac glo. diciꝶ ꝙ publiciana daꝶ contra quemcũqꝫ. dicit Pet. ꝙ hoc non est verum sed tantũ contra deferentem vel ei⁹ heredẽ ꝛ hoc dicit ea ratione: quia illo casu diciꝶ publiciana quo transferꝶ dominium si tradens erat dñs. ff. de publ. l. eũ qui. sed hoc casu nõ transferꝶ: ergo nec publiciana ꝯpetit ꝙ nõ transferreꝶ apparet qꝛ quando q̃s tradit rem suaꝫ vel alienam dominiũ non transferreꝶ. ff. de condit. ob causam. l. iij. §. subtilius. ergo cũ post iuramentum q̃s tradat iuranti rem suam quasi sit iurantis non transferꝶ dominiũ: ergo nec causaꝫ vsu-
capiendi nec ius publiciane. ff. de con-
4 trahen. emptio. l. clauibus. ¶ † Preterea certum est ꝙ iusiurandum ꝛ res iudic. equiparantur. vt. d. l. ij. ff. de iureiuran. nunc certum est qð res iudicata non nocet nec prodest alij. vt. l. sepe. ff. de re iudi. ergo nec iuramẽtũ. ꝛ hoc expssum in. §. si petẽti. de pub. l. eũ q̃. ¶ Qui vellet sustinere gl. posset respõdere faciliter ad prima duo argumẽta. Et primo ad. §. subtilius respondeꝶ ꝙ fallit in re iudicata propter ei⁹ autoritatem. vt dictum fuit. s̃. eo. §. sed iste. et idem videtur in iureiuran. cum non sit minoris autoritatis. ff. de iureiur. l. ij. ¶ Preterea si illa ratio procederet non daretur pub. etiam contra deferenteꝫ quod est falsum. ¶ Item ad secundum qð iuramentum non debet alij nocere ꝛc. respondetur qð non nocet vt pro veritate quo ad alium habeatur sed tamen quo ad hoc qð causet titulũ et apparẽtẽ causam vsucapiendi nocet. et idem in re iudicata ꝛ venditione seu trãslatione de re aliena facta ex quocũqꝫ contractu. alioqui non noceret dominis ꝛ tamen parant vsucapionem: ꝛ faciũt competere publi. Ad. §. si petẽti. non potest cõmode rñderi sine calũnia ppter vbũ dũtaxat. vñ posset dici ꝙ verum sit publi. competere ꝯ deferentẽ ꝛ ei⁹ successorẽ tm̃. ꝛ est casus illi⁹. §. q̃ non põt pati intellectũ glo. hic potest. si em̃ verbũ dũtaxat ibi positũ excluderet dominiũ ꝛ tum vt hic glo. vult ratio q̃ ibi redditur non est bona ei em̃ soli ꝛc. nec casus ille esset dubitabilis. vis tu scire qd mouit glo. ad restringendũ sic illũ. §. Ecce gl. dicit vbi iuraui rem meam esse ꝛ nõ est mihi tradita daꝶ mihi vtilis in rem sed vbi est tradita daꝶ publiciana cur nõ magis vtilis in rem cũ traditio magis addat ad causandũ vtileꝫ in rẽ. Gl. nesciuit euadere nisi diceret qð contra deferentem dareꝶ vtilis in rem. sed publiciana contra quemcũqꝫ. ꝛ ita supponit vel ꝙ concurrant vel qð publiciana non competat contra deferenteꝫ ꝙ excedat vtilem in rem. Sꝫ pro deo cur non ita bene datur vtilis in reꝫ contra quemcũqꝫ etiaꝫ hoc casu sicut publiciana cũ vtilis in rem deꝶ contra quemcũqꝫ etiaꝫ dominũ. vt. l. j. ff. si ag. vecti. non videꝶ bona ratio ppter qð intellige sane ꝛ plane hic oĩa iura. et dic ꝙ qñqꝫ ex iuramẽto delato in reali cõpetit vtilis in rem. ff. de iureiu. l. sꝫ si possessori. §. fi. qñqꝫ publi. vt. d. § si petenti. quandoqꝫ est hic quia concurrere non possunt vt dixi. s̃. §. alie. ecce non concurrunt. dico ꝙ si aliquis proponat rei vendi. dicens

se esse dñm rei. ⁊ ei deferat iuramentuȝ ⁊ iuret rem suaȝ esse. dat em̄ vtilis in rē contra deferētē tm̄ vel eius successorē. ⁊ hoc casu ꝯpetit publi. sed si diceret se emisse rē ab alio quē dñȝ credebat ⁊ deferatur ei iuramētum ⁊ iuraret rem esse quasi suaȝ datur publiciana ⁊ nō vtilis vendicatio contra deferentem tantum vel eius successorē. vt. d. §. si petenti. ¶ Sed in hoc videtur obstante litera dicti. §. quia ibi iurauit rem suam esse ⁊ ita videtur sibi competere vtilis vendicatio nō publiciana ⁊ tm̄ ibi dicit qđ publiciana. ¶ Sed ego tibi respondeo: q̄r agit publiciana vendicat rē suam vt vidisti in tex. s. §. alie. ⁊ ibi opȝ exponi id est quasi suam: al's tex. ꝯcluderet falsuȝ sic in. d. § si petenti oportet exponi iurauit suam. i. quasi suā. petebatur em̄ res sua. i. quasi sua ⁊ iurauit suā. i. q̄si suam vt. d. §. alie. legitur ⁊ exponit immo plꝰ credo ꝙ si agens publi. iuramento sibi delato iuraret suam rem. i. in veritate suam quod nō daretur ei vtilis in rem sed publiciana. ⁊ est ratio quia iuramētum videtur fuisse delatum ſm formaȝ petitionis. C. de transac. l. si de certa. vn̄ iuramentū non potest se extendere vltra formam datam p deferenteȝ. ⁊ ideo cū defertur in publici. causat tm̄ publicia. vtilē. ff. de iureiu. l. iij. §. fi. cum. l. se. et idem credo in reivendi. vtili q̄ oritur ex re iudi. C. de arbi. l. ne i arbitris. ⁊ nota. C. de iudi. l. j. naȝ si primo agebatur rei vend. oritur vtilis rei vendi. ex sententia publi. vtilis pubiciana. et sic dȝ intelligi. l. iij. § fi. ff. de publ. ⁊ iste due q̄ oriunt ex s̄nia non dant nisi ꝯ illum cōtra quē ꝓnūciatū est vel eius succes. q̄r res iudi. ⁊c. vt. l. nam ⁊ postea. §. fi. item credo ꝙ iurans in actione publ. potest agere in rē post longi tp̄is p̄scriptioneȝ ⁊ ita plane deberet intelligi ille quem glo. destruūt. ff. de iureiur. l. si duo. §. iul. per quem. §. bene fundatur predicta. nā cum ibi dicat ꝙ post p̄scriptionē longi tēporis pōt agere vtili in rē: ergo supponit ꝙ nō ante: sȝ publiciana tm̄. ⁊ dȝ intelligi quādo primo fuit intētata publiciana ⁊ de nouo fuit iuratū. et p hoc pōt responderi ad regulam generalem vtilis in rem ⁊ actio publici. dat ꝯ quēlibet possessorem. vex. est vbi allegat titulus ad hoc cōueniens: sed qn̄ allegat res iudicata vel iurata hi de natura sui non nocēt alijs. ideo nec actiones ex eis ꝓdeuntes ad alios extendūtur. Que ergo fuit vtilitas has actiōes inuenire seu eas intentare cum prime cōpetant. certe magna. nā in primis actionibꝰ opȝ multa ꝓbari vt vidisti. s. §. oīm. et. §. alie. in his sufficit ꝓbare sic iudicatuȝ esse vel iuratū quod valde facilius ꝓbabit. ff. de iureiur. l. duobꝰ. §. fi. cūȝ. l. seq. ⁊ hic in text. crede mihi si vellis ⁊ caue ne peius dicas. ⁊ iunge. s. de publ. iudi. §. fin.

5 ¶ † In glo. etiam si per iurium ibi cum alleg. l. admonendi[a]. Sup hac materia cōsueuit distingui: q̄r aut balsphemat deuȝ vel pncipeȝ ⁊ punitur in aut. vt non luxu. ho. per totum. C. ad l. iul. ma. l. ij. ⁊ ibi ð hoc. Aut. balsphemat: ⁊ tunc aut defertur ad litis decisionem. et dic vt hic in glo. Aut al's iurat et tūc distinguitur. aut alius non damnificatur ⁊ nō punitur de iure ciuili. Aut damnificatur ⁊ punitur. ff. de cri. stelli. l. de piurio. ð iureiu. l. si duo patroni. §. fi. ⁊ distinctio q̄ fit i. l. luciꝰ. ff. de his q̄ no. infa. hȝ locū quo ad infamiā. ⁊ pleniꝰ dic vt scripsi in. l. ij. C. de iureiu. ⁊ breuiaria. ⁊ ibi vide plenius in lectura Cyn.

a ¶ L. admonendi. Not. ꝙ qn̄ primꝰ est i magno piculo ꝯstitutus dȝ q̄s ⁊ tenet ꝓ eo fideiubere nō ob. ꝙ iurauerit nō fideiubere ꝓ aliq̄ p io. an. in additi. spe. in ti. de iureiur. in rubri. q̄ aūt ꝯditiones seu clꝰe tacite subintelligantur in iuramēto. vide p bal. in. l. fi. C. de nō nu. pecu.

6 ¶ †In ea. glo. ibi est no
tandū. §. q̄d in rōnibus.
in hoc tñ caue q̄uis fal-
sum iuret semper ꝑ ve-
ritate accipit̃ nec vltra
querit̃ nisi in duob⁹ ca-
7 sibus p̄dictis. ¶ †In. e.
glo. ibi cū allegat. l. ma-
nifeste. Uel dic q̄ nil cor
rigit̃: sed vna per aliam
determinat̃. q̄ recusari
nō potest nisi ex causa:
q̄ forte ignorat verita-
tem vel de alieno facto.
vt. d. l. general'r. §. sinau
tem referri nō potest. ex
de iureiur. c. fi. ¶ In ea.
glo. in fi. Hāc opi. appro
bant oēs doct. ¶ Super
hac materia multa p̄nt
8 tangi. ¶ †Primo vnde
nascat̃ actio ista. contra
quē cōpetat. ad q̄d cōpe
tat. quoꝝ respōsio colli-
gi pōt ex p̄missis et sunt
v̄ba sine effectu. ¶ Itez
potest queri quare dicit̃
iusiurandū ⁊ nō factum
iurandi cū sup facto iu-
retur. Item quid sit iu-
ramentū[a]. Quot debet
habere comites. Quot
sunt species iuramenti.
Quō censetur illicitum.
Que sit pena. De quib⁹
vide plene in sum. Ho-
stien. de iureiur. Itē pōt
h̄ cumulari materia le-
gis admonendi de qua
dic vt i Spe. de iuramē
ti delatiōe. et in dcā sum
mā Hosti. ⁊ ꝑ doc. in le-
ctura Cy. C. de re. cre. l.
in bo. fi. ⁊ ibi scripsi aliq̄
vltra in breuiario por-
tatili. de quib⁹ solēniza
mus multa poterit ca-
pere. ad que recurras si
cumulare vis. vnum ta
mē nō omitto q̄d Ja. de
ra. tangit ⁊ Pet. nō ꝓse-

a ¶ Quid sit iuramē tū. Addē de hoc plene. ⁊ que sit cā institutionis eius: ⁊ q̄n licitum est. vide gl. a sing. in. c. j. xxij. q. j. super v̄. iuramentum. ⁊ an ⁊ in quo differāt iurare sup facto ⁊ super iure. vide Bart. in. l. si duo pro ni. §. idē iulian⁹. ff. de iureiur.

quitur. Cōsueuit dici q̄ ex ꝯfessione iu-
diciali orial̃ actio ꝑ. l. de etate. §. cuz in-
terrogat̃. ff. de interro. act. ad le. aqui.
l. proinde. ⁊ scripsi. C. de nō nume. pecu.
9 l. generaliter. in prin. ¶ †Querit̃ nun-
quid possit cumulari cum prima. Verbi
grā. Agebā ꝯtra te certi cōdi. ex mutuo:
cōfessus es iudicialiter mutuū: cōtra te
volo agere ex cōfessione: q̄ forte video
q̄ nō possum probare in prima actio.
nunquid possum eam cumulare cū pri-
ma. Dicit idem Jaco. q̄ canoniste di-
rent q̄ sic. quia dicunt cumulationem
permissam vbi ex diuersis causis actio-
nes oriuntur. nunc actio ex mutuo or.
ex mutuo ⁊ actio ex cōfessione oritur ex
ipsa cōfessione idcirco videtur q̄ amb.
possint intentari. Dicit ipse q̄ hoc non
est verum. ex cōfessione eñ vel iuramē
to non oritur actio: sed per confessionē
vel iuramētū ex quadam presumptione
que inde insurgit vnde q̄uis q̄nq̄ ꝯ-
dat in veritate cōtractus nihilominus
ꝓpter dubium probatiōis datur actio
ex confessione iudiciali vel iuramento
ex cōtractu p̄sumpto. dicit ergo ipse q̄
q̄uis he actiōes nō oriant̃ ex eadē cau
sa nihilominus dantur ꝓpter eandē
ita vr̃ q̄ sn̄ia lata in primo obstat exce-
ptio rei iudi. in ali. ⁊ ꝑ hoc videt̃ casus
ff. de iureiurā. l. nā ⁊ postea. §. dantur.
que potest sic induci. ibi dr̃ q̄ si ille qui
iurauerit in actione famosa nihilomi-
nus condēnetur valet sentētia et tollit
effectus iuramenti: ergo supponitur q̄
agebatur prima post secūdaz. finaliter
cōcludit q̄ actiōe prima pendente non
pōt cumulari actio extra cōfessionē vel
ex iuramento sed actio ex iuramēto vel
confessione primo intētata ⁊ pendente
pōt cumulari p̄ma: q̄ sn̄ia lata in prin-
cipali obstat exceptio rei iudi. in acce-
soria: vcz q̄ oritur ex confessione vel iu-
ramento sed nō ecōtra. vt dicto. §. si de-
netur. vbi scdo fuit actuz prima nō ob-
stante iuramento. Ego credo q̄ hec sit
vera ꝑ. l. si ante. ff. d̄ excep. et ꝑ. l. duo.
§. colonus. et. §. idē oīno. ⁊ appareret
dēter cū in hac actiōe nō querit̃ an de-
beat̃: sed solū an iuratū sit. ff. de iureiur.
l. duob⁹. §. fi. vñ possibile est q̄ nō esset.

nõ ꝓbetur iuratũ ⁊ ꝙ pars absoluetur ab instantia actiõis q̃ oritur ex iureiur. vel ex cõfessione. ⁊ nõ obstabit exceptio rei iudi. in actione principali: q2 possibile est deberi dato ꝙ non ꝓbetur iuratum. ⁊ ita sñia lata in illa nõ obstat exceptio rei iudi. in alia principali. Sed secus econtra si agaẽ de principali ⁊ ꝓnuntietur nõ deberi obstaret exceptio rei iudi. ff. de iureiur. l. si actor. caue tamen q2 hec questio nõ videẽ bene habere locũ quãdo iuramẽtũ est prestitũ vel cõfessio est facta iudicialiter: q2 tũc non restat nisi preceptũ tali sñia. et esset bene fatuus qui recurreret ad nouã instãtiã. Itẽ in cõfessione extraiudiciali non põt obtinere: q2 ex illa nõ agitur sed valet tantũ ad ꝓbationẽ. vt. l. publia. §. fi. ff. deposi. solum ergo obtinet ꝙ cumulari possint qδ iuramentũ fuit delatum extraiudicialiter ⁊ agitur ex primo iuramento. Item nec in cõfessione potest ꝓcedere cumulatio: q2 ex illa nõ potest agi nisi fiat iudicialiter. sic pendet prima instantia in principali nec scδa põt

10 cumulari p; predicta. ¶ † S3 qd si quis agit prima actione ⁊ reus absolutꝰ fuit post absolutionẽ reus ꝯfitetur se fuisse obligatũ forte delato iuramẽto vel nõ delato nũquid potest agi. Uideẽ ꝙ nõ quasi obstet exceptio rei iudic. per qua3 ꝓnuntiatũ fuit debitũ non esse. et sic cũ agatur ex eadem causa ⁊ ad ide3 videẽ obstare exceptẽ. rei iudi. ⁊ presertim vbi cõfessus fuisset extraiudicialiter nõ delato iuramento: q2 tunc prima actione nõ potest agi obstãte exceptione rei iudica. ⁊ cõfessione non cũ nõ pariat acẽ. vt. s. dixi. ⁊ sic nulla actio cõpetit et sine actiõe nemo experitur ⁊c. Preterea sententia contra sententiam ferretur et sic non teneret. C. que sen. sine appella. l. j. In hoc potest dici cõtra per. l. si qui. C. de adul. ⁊ ageẽ prima actione: ⁊ si opponatur exceptio rei iudi. replicabitur et de cõfessione predicta post sñiam factã que parte3 aduersam cõmodo rei iudi. debet repellere per. d. l. si qui. ⁊ vide qδ scripsi. C. de accu. l. si quis homicidij. et

11 facit. C. de re. cre. ⁊ iureiur. l. fi. ¶ † Queritur qd si orta qõne inter emptorem et venditorem ⁊ delato iuramẽto emptori: emptor iurauit se emisse rem pro. x. nũquid ex hoc est fundata intentio vẽditoris. Iaco. de ra. dicit ꝙ nõ nisi vltra rẽ tradat vel ꝓbet se tradidisse. ¶ Sed ecõtra si venditor iurasset sibi. x. deberi ex causa venditionis talis rei tũc esset satis fundata. idem si emptor cõfitereẽ se debere ex causa emptiõis. debere em̃ accipiẽ cũ effectu. ff. qδ quisq3 iu. l. j. fm cũ hec nõ sunt multũ dubitabilia. ff. de iureiur. si. l. duo. §. si quis iurauerit. De vno tamen caue: nam si quis agat reali ⁊ litem cõtestetur per negationẽ actori iuramento delato actor iuret rẽ suã: non propter hoc plene probat: immo oportet ꝓbare ꝙ aduersarius rẽ possidet vel habet facultatẽ restituẽdi. totũ em̃ fuit negatum. ⁊ ipse nõ probat p iuramentum nisi vnum articulum. et sic alius restat. ⁊ in hoc potest errare neo-

12 phitus. ¶ † Querit Ia. nũquid ex iuramẽto oritur actio. Uerbi gratia. Iuraste soluturũ. x. ad diem: nũquid post diẽ possum agere ex iuramẽto illo. Ille dicit ꝙ nõ de iure ciuili: sed de iure canonico sic. et hoc ꝓbat sic. certi sunt modi vestiendi pacta. iuramentum nõ est de illis: ergo nõ vestit. sic arguiẽ. ff. de acẽ. ⁊ obli. l. obligationũ fere. §. placet. Item speciale est in ꝓmissione operarũ: ergo in contrarium ius cõmune. ff. de li. cau. l. fi. de ope. lib. l. vt iusiu. ⁊ hoc verũ vbi presentaẽ iuramentũ de aliqua re furtiua faciẽda vel prestãda sed vbi de pñti vel preterito: tunc vestit contractũ. ⁊ est obligatorium. ff. de condi. insti. l. q̃ sub conditione. Et est ratio fm eum: quia futura sunt incerta. et de futuris nõ est determinata veritas. ⁊ si tale iuramentum ligaret oẽs currerent ad iuramenta ⁊ leges viam periurijs aperirent qδ est euitandum. C. de indi. vidui. l. ij. Si bene cogites vix potest dari bonũ exemplum in iuramẽto obligatorio de ꝑsenti vel de preterito: quia quasi oẽs obligationes sunt de futuro. sed hoc iuramentum qδ fit ad lit. decisionem est de presenti. ff. de iureiurã. l. si duo. §. fi. sup principali questione glo. tenet ide3 qδ Iaco. vbiq3 in d. l. vt iusiurã. C. de ops.

li.l.j.et ibi consueuerūt notare doc.⁊ ideo ꝯtractus est nullus:non videtur ꝙ possit agi ex iuramento descripti. C.si aduer.ven.aut.sacra.et dixi.s.q̄ ali.li.vel nō.in prin.⁊ idez videt̃ tenere Inno.etiā de iure canonico.ex̃ de cōsti.c.cū venissent. Sed Hostiē.ibi cōtra.quem sequuntur quasi oēs canoniste per c.cū contingat.ex̃ de iureiurā.

13 ¶†Posset queri nūquid prelatus possit deferre iuramentum in causa ecclesie.Et dici cōsueuit ꝙ sic ad instar ꝓcur.q̄ habet vniuersalē administrationez.ff.de iureiur.l.iusiuran.§.fi. Secus dicerē de baillivis capitulorū ⁊ cōfratrū eo.tit.iusiuran.⁊ ad pecunias.§.defensor.et idē crederē de ꝓcuratore regū vel alioꝝ dn̄oꝝ qui habent ꝓcura.in curijs suis.ff.quod vi aut clā.l.iij.§.sed si promiserit.℣.plane.⁊ tamen tutor vel curator pōt.ff.de iureiur.l.iusiurandum qđ ex cōuentione.§.j.sz illis magis mittit̃ in re priuata ꝙ̃ his in republica.vt no.in.d.§.plane.⁊ in summa notādū est ꝙ iuri defert̃ per modum per quē delatū est. ff.de iureiur.l.iij.§.fi.cū l.seq.et.l.q̄ ꝑ salutē.Sz nunquid pōt deferri in qualibet actione.gl.dicit ꝙ non in causa matrimonij nec cōuersiōis. ff.eo.l.iij.§.quacūqꝫ.sed Host.cōtra.ex̃ de iureiuran.c.mulieri.sed illud forte intellexit necessario.sed dic in oi iuramento.sed in aliquibus non statur iuramēto si contra

14 ꝓbetur.⁊ sic voluit dicere gl.¶†Quid si nō sit declaratus modus iuramenti. videt̃ ꝙ debeat iurare sup sancta euangelia:q̄ ita consuetum est.⁊ nos debemus referre ad consueta.C.que sit lon. cōsue.l.ꝑsens.⁊ not.Inno.ex̃ de iureiu. et si christus.Et crederē ꝙ sufficeret iurare corā imagine dei vel beate Marie si ita deferretur.Uidi turoneñ.in ecclesia beati Martini quādā imaginē beate Marie que fert̃ respōdisse cuidam iurāti corā se.il dit voir.⁊ adhuc vocatur

15 beata Maria il dit voir.¶†Quid si non fuit iuramentū delatū sed pars dixit se credere cōsciētie [a] ⁊ fidei alterius:nūquid pōt agi ⁊ excipi. Nō vr̃ de iure ciuili cū nō reperiat̃ ꝙ ex tali fide actio oriat̃ sz solum ex iuramēto.⁊ sic nō est nostrū.l. extendere:vt.l.obligationū fere.§.placet.⁊ maxime q̄ iura ciuilia multū ponderant iuramentū plus ꝙ̃ simplicē conuentionem vel confessionē.C.si aduer ven.aut.sacra.si minor se ma.di.l.iiij. immo circa canonica multū pōderant faciendo valere ꝯctū in quo interuenit iuramentū qđ nō valeret simplici ꝯuentione. vt.d.c.cuz cōtingat.ex̃ de pac.c.j. li.vj.In ꝯtrium vr̃ q̄ deus nō facit differentiā inter simplicē loquelā ⁊ iuramentum.vt.d.c.⁊ si christus.⁊ no.plene Archi.ex̃ de sepul.c.j.lib.vj.Preterea hoc fit ad decisionē litis sicut iuramentum: ita videt̃ eadē ratio.sz huic pōt rn̄deri q̄ transactio fit ad litis decisionē:⁊ tn̄ nō agitur ex cōuētione nuda.vt.l.fi.C. apud acta.C.de trāsac.vnde prima ratio saltē de iure ciuili.forma libelli satis est clara in hac materia.Si ꝯgas in factū dicere potes sic.Dicit Ty.ꝯtra.M. reum licet dictus Ty.dudum peteret a dicto.M.x.qui dicebat sibi deberi a dictusqꝫ Ty.delato sibi iuramēto per dictum.M.iurauit per modū delatū dicta.x.sibi per dictū Mar.deberi.nihilominus di.M.dicta.x.soluere ⁊ eidē reddere indebite recusat quare petit eundē Mar.condēnari ad soluenduz eidē.ac in act.vtili ex cōtractu dic eodē mō nisi ꝙ adijcies causam ex qua dicebas tibi

a ¶Cōsciētie. Hāc.q. cōmendat D.Jas.tāꝙ̃ pulchram hic i.xj.co. circa prin. ℣.q̄rit Jo.fab.de forma autē libelli vide Jas.hic in pe.col.

deberi. Item in actione vtili in rē quasi in eodē modo. Dicit actor Ty. ꝯ Mar. reū ꝙ idem Ty. vēdicaret seu vēdicare vellet ab eodē M. talē rem vt suaz. idē M. detulit ei iuramētū. ꝛ idē Ty. iurauit eā suā esse ꝛ per modū delatū quare cuz dict⁹ Mar. dictā rē adhuc detineat seu dolo ꝛc. petit idē Ty. dictā rē ad se pertinere iure dñij per sniam vestram declarari. ꝛ hoc declarato ꝛc. sicut in rei vē. vtili. Itē in publiciana eodē modo. Dicit Ty. contra Mar. ꝙ cū idem Ty. peteret seu petere vellet ab eodē Mar. tanq̄ possidēte vel detinēte talem rem quā dicebat se bonafide emisse a tali et sibi traditā fuisse idēq̄ Mar. sibi detulisset iuramentū ꝛ per modū delatū iurasset idēq̄ Mar. rē sibi tradidisset nihilominus dictus Mar. eandem rem adhuc possidet et detinet minus iuste. quare petit dictus Dy. dictas res ad se iure quasi dñij pertinere p sniam declarari. ꝛ hoc declarato ꝛc. Sup hoc tamē non potest dari certa forma qꝛ cū possit iurari in quacūq̄ act. ꝛ ꝯfes. in interdictis ꝛ quasi in oī negotio. vt. ff. de iureiurā. l. iij. §. quacūq̄. cōcludēdum est in qualibet ẜm naturā actionis prime facta narratione de iuramēto. vñ ẜm varietates factoꝝ opꝫ variare cōclusionē concludendo realiter in realibus et ad possessionem in possessorijs ꝛ personalibus ẜm naturam rei que debetur virtute principalis obligatiōis ꝛ actionis.

1 ☞ Actiōes quedā sunt rei ꝑsecutorie: quedā penales: que aūt sunt ille. vide.
2 Actiones ciuiles penales sunt ꝑpetue: secus de pretorijs.
3 Actiones pretorie penales nec multe sunt nec pauce.
4 Pena que cōmittitur ex edicto pretoris cui applicari debet.
5 Aurei q̄ntum valent.
6 Pena que oritur ex edicto pretoris an hodie locum habeat.
7 Libellus qualiter formetur cōtra eum qui corrupit albū pretorijs.

a Penales[a] quoq̄ actiones.

1 ¶ † Pro euidentia huius. §. et illoꝝ que super eo notanꝝ sciendum qd̄ quedā actiōes sunt rei persecutorie: quedā penales rei ꝑsecutorie dicunꝝ quando actori res petita vel ꝑ qua agitur abest ꝛ reo adest. sicut ī superioribus actionib⁹ de quib⁹ tractatum est hucusq̄. si em̄. agam rei vendi. publici. vel alijs ego peto rem que mihi abest qua non habeo: ꝛ adest reo qui eā habet. Sz penales dicunꝝ vbi mihi abest nec alij adest. vel est alteruz. vnde debes scire ꝙ penalium quedā sunt penales ex parte actoris: ex parte rei persecutorie. quedā ecōtra ex parte actoris ꝑsecutorie: ex parte rei penales. q̄daz penales ex parte vtriusq̄. ¶ De primis pone exēpluz in actio. in factū que descēdit ex edicto de calū. si aliq̄s dedit tibi pecuniā vt negotiū mihi facias mihi nihil abest et tibi adest q̄ntū ad simpluz. ff. de calū. l. j. ꝛ quasi ꝑ totum ti. de secūdis pone exēplū in act. l. aquil. si interfecisti seruū meū tibi nihil adest mihi abest. quo ad te est penalꝭ: nō q̄ ad me. ff. ad. l. aq̄. l. iteꝫ mela. §. si plures. de penalib⁹ ex vtraq̄ ꝑte ptꝫ exēplū hic in tribus actiōib⁹ hoc. §. noīatis. nā de his tractaꝝ tm̄ mō ẜm Dy. vide ideꝫ ī gl. §. sequēs diuisio. in gl. sed nōne. hoc viso descende ad casū q̄ clarissim⁹ est. Dñe ego vidi. ꝭ. de aliquib⁹ act. ꝑto. q̄ rei ꝑsecutionē cōtinēt sunt non aliq̄ ꝑtorie penales. im=

a ¶ Penales. Qui edictū in albo ꝑtoris positū corruperit: vꝭ q̄ vocat patrē ꝛ patronuꝫ in ius sine venia: ꝛ eximens dolo aliquē vocatum in ius vꝭ dolo eximi faciens teneꝝ actione ꝑtoria. h. d. ꝫ are. vsq̄ ad. §. preiudiciales.

peratoꝛ rñdet ꝙ sic pena
les quoqꝫ ⁊c.⁊ ꝓsequere
casum tuū iuxta literā.
2 ¶†In gl.dictū est ibi cū
alleg.l.i honorarijs.Ui=
de ibi ⁊ caue qꝛ gl.loqui
tur ꝺ p̄toꝛijs.nā ciuiles
penales sunt perpetue
vt videbis i materia sua
ꝭ.de perpe.⁊ tēpo.¶In
ea.gl.ibi cū alleg.l.iter=
pꝛetatione alique sunt
rei ꝑsecutoꝛie odiose vt
actio de dolo.l.j.§.ait p̄
toꝛ.¶In fi.e.glo.hic gl.
ꝓcedit vbi ē penalis ab
vtraqꝫ parte.⁊ vbi descē
a dit ex delicto.secꝰ [a] si ex
quasi delicto.vel si esset
penalis ab vna parte.⁊
sic intellige.ff.nau. cau.
l.licet.§.fi.de his q̄ deic.
vel effu.l.ꝓce.ne q̄s cuꝫ
q̄ in ius voc.est vi exi.l.
fi.ꝫ Dy.vide.ff.de act.
⁊ obli.l.ex maleficijs.§.
is quoqꝫ.de eo ꝑ quē fa
ctū est.l.j.§.si plures.de
māteria huius glos.vi=
debis pleniꝰ.ꝭ.de ꝑpe.⁊
3 tēp.act.¶†In gl.j.fere
in fi.hoc dicere est tex.re
pꝛehēdere.vnde dic pe=
ne multe.j.fere:qꝛ in rei
veritate nec multe sunt
nec pauce.ꝫ potiꝰ pos=
sent dici multe q̄ȝ pauce
⁊ ꝑꝑ ꝺ dicit pene vt po=
test videre i arboꝛe.oēs
eñ penales p̄toꝛie sunt
ex ꝑte dextra:⁊ hñt duo
pūcta sup lr̄a.C.⁊ ideo
si vis eas nūerare vide
ibi.¶In gl.erat eñ infi.
b doc.Ja.⁊ P et.dicūt [b] ꝙ
triplex est albū.vnū in
quo scribūꝭ gñalia edi=
cta de q̄bus fit mētio q̄si
i oibꝰ ti.coꝛpoꝛis iuris
tractātibꝰ ꝺ p̄toꝛijs actio
nibus. Aliꝺ in quo scri=

a ¶Secus
Uide rōnē
hoꝛuꝫ que
hic dñr per
do.Jas.h̄ i
iiij.col.cir=
ca p̄n.℣.in
e.gl.ad fin.
idem tenet
hic Ange.

b ¶Dicūt
Idē tenet
hic Angel.
⁊ vide do.
Jas.i.v.col.
post princi.
℣.in gl.ex
albo.vbi ēt
ponit sex q̄
stiōes pul=
chꝛas vsqꝫ
ad se.col.i
℣.gl.i ver.
coꝛrupisset

būtur citatiōes publice:vt quicūqꝫ [illegible]
deret denūciaret citato ipsum fuisse [illegible]
tatū.de quo in auꭍ.de litig.§.omnem.[illegible]
qūo ⁊ qñ iudex.auꭍ.q̄ semel.Aliꝺ in qua
describūur noia decurionū.ff.de albo
scribēdo.nūq̄d ergo in his oibus h̄ꝫ lo[illegible]
1 Actiōes arbitrarie de quibus in hoc. §. pre terea quasdā, an sint bo nefidei an stricti iuris.

2 Officiū iudicis est tri plex. s. nobile. mercenna rium merum. ⁊ mercen nariū mistū. vid de quo libet.

Adde ad idem nu. 3. 4. 5. ⁊ 6. vbi ponit resolu tionē huius materie.

7 Actiōes arbitrarie qua liter competūt qn̄ quis agit ad exhibēdū ⁊ res non exhibetur. ⁊ nu. 8.

9 Quid si agatur interdi cto de tabulis exhiben dis.

10 Quid si quis promisit dare quātitatē sicut vi nū bladū ⁊ ꝯdēnat⁹ nō soluat.

11 Actiones arbitrarie ꝺȝ gl. sunt ꝗtuor. An pos sit addi quinta: vcȝ obli gatio literarū.

12 An āt sint due instātie: ⁊ an sit necesse offerre li bellū in secūda sicut in prima.

13 Actiōes an sint arbitra rie vel nō ꝗs sit effect⁹.

Preterea[a] quasdā actiōes. ¶ Hic nō est diuisio actionum pꝛicipalis de sex ꝗ̄ po nunt̃ i hoc ti. Sed occa sione illorū que. s̄. dixe rat vcȝ ꝙ in bo. fi. iud. li bera potestas est iudici b ex bono ⁊ equo ⁊c. ponit ꝯ̄ his arbitrarijs que ex arbitrio iudicis pendent. ¶ Et no. ꝙ iste. §. durat vsqȝ ad. §. si quis agens. ⁊ tot⁹ debet legi simul. Sed ego faciam. §. in. §. curare. vt minus onerē. In hoc ergo. §. imperatoꝛ facit tria. Primo ponit q re actiōes hmōi dicant̃ arbitrarie. Se cundo declarat an sint i rem vel in ꝑso nam. Tertio quid sit eius iudicis offi cium prima in prin. scđa in ver. sed iste tertia in ver. in his. §. ꝟo curare est cōis ad oēs actiones vt ibi videbis. ¶ Ca sus potest sic apponi. Dn̄e imperatoꝛ vos dixistis. s̄. in act. bo. fi. libera pote stas est iudici ex bono ⁊ equo estimare ꝗ̄tuȝ restitui oporteat. Quero a vobis nunquid sint alie act. in quibus iudex debeat etiā estimare. Imperatoꝛ respō det ꝙ sic. nam sunt quedē actiōes arbi trarie idest ex arbitrio iudicis pēdētes quas arbitrarias appellamus. Domi ne quare dicūt̃ iste arbitrarie. dicit im peratoꝛ: quia in his arbitrio ⁊c. Et p̄ sequere iuxta ꝟba litere vsqȝ ad ver. si. sed iste. ⁊ ibi pone sic. Domine que ro a vobis vtrū iste arbitrarie actiōes sint in rem vel in ꝑsonam. rn̄det impe ratoꝛ ꝙ iste actiōes tā in rē ⁊c. Sȝ pone in ver. in his. Dn̄e vos dixistis nubi ꝙ iudex in act. debet condēnare arbitrio suo. Quero a vobis qn̄o fiet ista condē natio. Dicit imperatoꝛ ꝙ in his actio nibus ⁊ ceteris similibus ⁊c. prosequere iuxta verba litere notabilia potes per te formare. venio ad glo. ¶ In glo. sed nunquid sunt ibi iure actio idest officio iudicis inherenti actioni, alias esset falsum quod glo. dicit. ff. de actio. emptio. l. qui per collusionē. §. i. ¶ In r fine eiusdem glo. idem not. ff. de in lit. iuran. l. in actiōibus. Pe. recitat quod docto. consueuerunt tenere quod nec sunt stricti iuris nec bonefidei. imo fa ciūt tertiā speciē per. l. ff. de in lit. l. in actionibus. vbi ponit arbitr [illegible] ad partem scilicet in rem ⁊ ad [illegible] dum. vnde ibi ponitur inter illas [illegible] act. bonefi. coniunctio. ⁊ q [illegible] diuersa. ip̄e tamē tenet opin. gl. q sunt stricti iuris b alias non esset sufficiens diuisio act. ⁊ hec est vera sine dubio. ⁊c. nulla. act. bonefi. est arbitraria. imo

a ¶ Preter ea. actiōes arbitrarie ideo dicte sunt: quia mere in ar bitrio iudi cis sunt. et sunt tā rea les ꝗ̄ ꝑso nales āge. et diuidel hūc. §. ꝟm eum.

b ¶ Stricti iuris. Hāc opi. sequū tur cōiter doc. vt hic ꝑ ang. i. ij. co. circa fi. ver. i. e. gl. ī fi. itē āge. hic. i. j. col. ꝟ. ad euidē tiā. ponit ꝗ̄ que dicat̃ actio arbi traria ⁊ de ducit vsqȝ ꝑpe. fin. ij. colū.

distinguũtur per oppositum.ff.de eo qđ cer.lo.l.in bo.fid.vnde hec questio procedit ex nouo intellectu vt videbis.j.in materia. ¶In glos.bene dicit cũ ibi dicit in actiõe in rẽ.ibi eñ nõ est obligatio.s.eo.§.omniũ.satis est dictum. ¶In fi.eiusdẽ glo.no.bene hãc glo.qꝛ magis sentit de intellectu huius.§.ꝙ alia.vt j.videbis. ¶In gl.separatiꝫ.in fi.sꝫ nec in illis casibꝰ:vt dixi in.d.§.qdã. ¶In gl.ibidẽ etiã in fi.nã si in loco quo solui debet peteret:non esset arbitraria.ff.de eo qđ cer.lo.l.qđ si ephesi.ꝛ adde act.de cõstituta pec.ff.de cõsti.pecu.l.si duo.§.j. ¶In gl.s.in rẽ.in fi.de his videbis statim post glo.
2 ¶†In glo.sed nonne.pro euidentia huius glo.ac materie ꝛ intellectu huiusmodi.§.oppone sicut glo.intendit opponere.Hic dicitur ac.ꝙ ideo he dicuntur arbitrarie:quia ex arbitrio iudicis dependent ꝛ quia in his ꝑmittitur iudici estimare ex bono et equo quẽadmodum satisfieri oporteat ego ostendo tibi ꝭm hoc quod omnes actiones bonefi.sunt arbitrarie.nam ille arbitrarie sunt in quibꝰ iudici ex bono et equo permittit̃ estimare et quomodo satisfieri oporteat vt hic.Sed in act.bo.fi.libera potestas est iudici ex bono ꝛ equo estimare quantum actori restituat.vt.s.§.proxi.in prin.ergo sunt arbitrarie. sed hoc est falsum.vt.ff.de eo qđ cer.lo.l.in bo.fi.ergo ꝛ istud qđ hic dicitur ita voluit gloss.arguere. Preterea attenta hac rõne oẽs actiones debent dici arbitrarie:quia nõ.est actio quin habeat iudicis officium annexum:vt in iterro.ff.de interro.l.j.ꝛ in his que ante lit.cõtest.accidunt.ff.de edili.edi.l.ediles.§.item sciendũ.ꝛ in restitutione fructuũ.vt videbis.j.de offi.iudi.§.illorum.ꝛ in multis alijs.ꝛ sic frustra hic loquit̃ de illis arbitrarijs in speciali.Preterea si arbitrarie dicuntur:quia vel arbitrio iudicis dependent:ergo quanto vberius abundat officium:tãto magis debent arbitrarie noiari per argu.de magis ad magis:ꝛ de maxime ad maxime. Sed constat ꝙ officium iudicis magis abundat in act.bo.fi.cum sit de natura actionis et ei inhereat,vt.s.§.proxi,et s.de ob.q̃ ex ꝯtra.§.fina. ergo act.bo.fi.magis debẽt dici arbitrarie.ꝛ tñ hoc est falsuꝫ:qꝛ ille nõ dicuntur arbitrarie.ergo nec iste.in malo ergo calamo vr̃ falsasse penã qui has arbitrarias potius scripsit quaꝫ illas. ¶Preterea arbitrarie dicunt̃ in quibus iudex cõdẽnare hꝫ [a] nisi eius arbitrio satisfiat:vt hic ptꝫ.ostẽdo ergo tibi qđ oẽs actiones sunt arbitrarie ꝭm hoc:qꝛ oẽs tẽdunt vel ad satisfaciendũ:vel restituendũ:vel noxe,vetãdũ.vel exhibẽdũ.verbũ eñ satisfactionis generale est ꝛ q̃si oĩa importat.ff.đ pig.act.l.solutũ.§.solutã.de ꝟbo.sig.l.solutionis. Si ergo iudex iubeat satisfacere:ꝛ non pareat iudex cõdẽnare debebit in interesse.ꝛ hoc ẽ promptũ videre in cõtractibꝰ innoiatis in qbꝰ venit interesse:nisi detur vl̓ fiat qđ cũ venit.C.de rerum ꝑmuta.l.rebꝰ.ꝛ dixi.s.§.actionũ.ꝛ in his in qbꝰ fieri est i obligatiõe:vbi sit cõdẽnatio in interesse nisi fiat quod cõuenit.ff.de re iudi.l.si qs ab alio §.fi.ꝛ etiam i obligationibus dãdi qñ id quod debetur non potest dari ꝑpter morã vel culpaꝫ promissoris.ff.de in lit.iurã.l.in actionibus.§.fina.de verbo.obliga.l.si seruum.§.fina. igitur videtur ꝙ omnis actio possit dici arbitraria ꝭꝫ hoc.ꝛ tamen hoc est falsum:quia text.dicit hic preterea quasdam sup

[a] ¶Cõdẽnare habꝫ. An ãt ꝛ qñ iudex teneatur interponere officiũ suuꝫ ẽt nõ petitũ. vide distinctionẽ ange.hic i.xxiiij.co. post me.in ꝟ.in gl.satisfieri.

3 ponẽdo ꝙ nõ omnes. ¶ † Quid ad hoc
dicem⁹ q̃uo intelligim⁹. vides ꝙ gl. di
stinguit hic triplex officium: quã prose
quere diligẽter ⁊ vt vides. finaliter cõ
cludit ꝙ in actiõibus bo. fi. astringitur
iudex ad faciendũ quod officio incũbit
sed non in arbitrarijs. immo in eis ei li
berũ est facere vel nõ facere. Vult dice
re gl. ꝙ in his arbitriũ magis abũdat
quia iudex faciet si vult ꝙ in bona fi. in
quibus cogitur facere. ⁊ ideo iste dicun
tur arbitrarie non ille: quia in illis nõ
est liberum arbitrium. in istis sic. Hoc
nõ videt verũ: qꝛ iudex in arbitrarijs
non habet cõdẽnare nisi velit. quia sic
seruaret ꝙ act. arbitrarie nihil valerẽt
nec esset effectus in casu quo pars esset
ꝯtumax nisi iudex vellet: quo nil absur
dius. ¶ Preterea text. iste dicit ꝙ con-
demnari debeat in versic. in quibus in
fi. Quod verbum importat necessitatẽ.
Nam in his que ingerũt damnũ pecu
niarum parti: iudex habet de necessita
te facere qđ officio incumbit: sicut i cau
tione dãni infecti in expẽsis ⁊ fructib⁹
que veniunt offi. iudi. C. de iudi. l. pro-
perandum. §. siue. in aut. de iudi. §. opꝫ.
Et in cautione exigẽda. ff. de mag. cõ. l.
j. §. magistratib⁹. ⁊ ita dꝫ intelligi. ff. de
in lit. iurã. l. in act. q̃ vr̃ facere ꝑ glo. vñ
l. nõ quicq̃d. ff. de iudi. loquit in his que
tendunt ad ordinationem iudicij: vt di
lationes ⁊ talia. C. q̃uo et q̃n iu. l. j. Et si
bene inspicias tex. nõ ponũt in arbitrio
iudicis an cõdẽnatio fieri debeat: sꝫ q̃-
liter vt hic ⁊. ff. de eo qđ cer. lo. l. ij. §. nũc
de officio. Et magis laxa potestas dat
iudici i ac. bo. fi. ꝙ̃ i his arbitrarijs: qꝛ i
alijs datur libera ptãs i istis non. vt. S.
§. proximo. Et ita dicta ratio nõ vr̃ va
lere. Alia vero quã glos. reddit minus
valet: vꝫ ꝙ in his arbitrarijs plerũq̃
duplex fertur sentẽtia. Certe ita potest
dici in actio. bo. fi. q̃n agitur ad traden-
dum sicut in act. ex empto. vel redden-
dum sicut in act. cõmo. vel depositi. vñ
hoc nõ vr̃ saporẽ habere: nec se extẽdit
4 ad omnes arbitrarias. ¶ † Quid dice-
mus. doc. nostri citramõtani dicũt ꝙ in
actionibus bo. fi. valde exuberat bona
fides. Et ideo nedũ in illis venit quod
actum est. imo et alia que prestari eq̃ ...
est: sicut vsure: rupta: cessa. ff. de vsu. l.
mora. §. in bona fi. de act. empt. l. fundi.
in prin. §. j. de edil. edic. l. ediles. in pn.
Sed in acti. stricti iur. solũ venit illud
de quo actũ est: ⁊ qđ in formã cõuentio
nis deuenit. Et ideo in nullo alio ꝙ̃ na
tura actiõis poterat fieri cõdemnatio.
Verbi gratia. Rei vẽdi. prosequitur re
de natura actionis. ideo in nullo alio
poterat fieri condẽnatio. ¶ Sed qꝛ cõ
tingit ꝙ q̃nq̃ reus non potest vel non
vult restituere rem oportuit necessario
ꝙ iura prouiderent ⁊ extẽderẽt offi. iu.
ad cõdẽnãdũ in alio ꝙ̃ natura actiõis
prosequeretur. Et ideo rei vẽ. ⁊ alie in
quibus fit talis extensio dicunt arbitra
rie. Et de hoc potes ponere exempla i
oibus realibus. Itẽ i ꝑsonalib⁹. ꝓmisi
sti mihi loco certo. natura actio. dictat
ꝙ cõdemneris ad dandum in illo loco.
Ponamus quod tu fuisti in mora dan
di ibi. cõuenio ꝗ te alibi. Certe iudex ...
quo noluisti dare ibi nec adhuc das cõ
dẽnabit te in toto interesse prestãdo ...
loco vbi conueneris. Et ita fiet conde
natio in alia forma ꝙ̃ fuit cõuentio ...
ideo tales actiões vocant arbitrarie ...
in alio fit ꝯdẽnatio ꝙ̃ forma ꝯuẽtioni ...
habeat seu natura actionis vel obliga
tionis. et facit. S. de lega. §. cui fundus.
¶ Sed contra hoc potest instari. ⁊ vide
tur falsum: qꝛ si promisisti mihi stichũ
⁊ sit mortu⁹: post mortem ego agam ad
stichũ ⁊ fiet condẽnatio in estimatione
⁊ ita in alio ꝙ̃ obligatio vel actio cõti
neat. Et sic vr̃ ꝙ actio ex stipulatu hoc
casu sit arbitraria. qđ vr̃ aperte falsum
¶ Preterea in actione stricti iuris ve
niunt aliqua preter formã obligationis
sicut fructus post lit. contest. ff. de ...
videam⁹. §. in actio. ⁊ sic vr̃ ꝙ sunt
arbitrarie. ¶ Ad hoc rñdet Pe ...
Jac. dicit ipse iterdũ mutat cõd ...
in act. stricti iuris. interdũ nõ m ...
sed auget. Q̃n mutat tũc aut ...
tate partis ree q̃ non paret sente ...
la mutatio facit actionẽ arbitraria ...
hic. Sed q̃n mutat ꝑpter necessitate ...
quia res restitui nõ põt: qꝛ forte pe ...
post morã: tunc non facit arbitraria ...

Ubi vero cōdēnatio nō mutaꝛ s3 augeꝛ tunc si intrinsecus sicut in fructibus nō facit eā arbitrariā. Sed si extrinsecꝰ facit eā arbitrariā vt ī interesse qđ magis prestatur quando alibi petitur vel minus. ⁊ illud facit arbitrariā. ⁊. in hoc residet tractatus de arbitrarijs. Sed Pe. de bel. pti. plus dicit ꝙ ipse non credit ꝙ aliq̄ actiones sint arbitrarie: nisi que hic ī tex. noianꝛ nisi sola fauiana. ¶ De qua. ff. si quis in frau. pa. l. teneꝛ. §. j. et in hoc finit istum. §. ⁊ tñ per hoc nō vꝛ bene rñsum ad oia cōtraria q̄. s. feci. qꝛ ipse ea nō signat. potest tñ collegi rñsio quo ad aliqua. Primo quo ad illud qđ dꝛ qꝛ actiones bo. fi. deberēt meliꝰ dici arbitrarie ꝙ̄ he: qꝛ in eis magis abundat arbitriū. ⁊ possibile est in act. bone fi. duas ferri sentētias sicut in his arbitrarijs.
5 ¶ † Item est possibile ꝙ in act. be. fi. debeꝛ certo loco. ff. commo. l. si vt certo. ⁊ tñ nō ꝓpter hoc sunt arbitrarie vt. l. in bo. fi. ff. de eo quod cer. lo. Rō est quia q̄cq̄d venit ī bo. fi. act. venit de earū virtute ⁊ ex officio eis inherenti: ⁊ ex eis vires accipienti. Et ideo cū eoꝝ vis ⁊ virtus ⁊ officiū ex eis emanās ad oia extēdaꝛ q̄ bonū ⁊ equū est ꝑstari merito totū eis attribuiꝛ nec eis nomen aliud imponiꝛ. Secꝰ aūt ī act. stricti iuris: qꝛ ille nō pñt extēdi nisi ad id qđ ī ꝯuētiōe deuenit ⁊ ad accessoria intrinseca: ad q̄ offiñ inherēs extēdiꝛ sicut fructus ⁊ expēsas. ⁊ illud expirauit ꝑ sententiā. Et ideo oportuit ꝓuideri largiori ꝓuisione in casibus ⁊ actionibus de quibꝰ hic agiꝛ suꝑ quibus nihil statui potuit certi: sed oportuit dimitti arbitrio iudicis ideo arbitrarie fuerunt merito noiate. vñ rei vē. hꝫ duplex offiñ. vnū coherens ⁊ seruiens qđ ei ex ipsa pura emanat. Uerbi grā. Rei vēdicatio de ꝓpria sua natura ⁊ virtute tēdit ad declarationē dominij. Per officiū vero ei adherens ⁊ deseruiēs fit ei restitutio. vt dixi. s. eo. §. j. ⁊ istud non facit eam arbitrariam
6 ¶ † Sed est aliud officiū qñ res nō restituiꝛ. ⁊ ꝑ arbitriū iudicꝫ estimaꝛ. ⁊ istđ facit eā arbitriā. Et ita potes explicare de alijs ⁊ istđ satis ē coloratū. Et ꝑ hoc tria ꝑria argumenta recedunt. ¶ Nec ob. is. §. in v̄si. in his. ibi. sm cuiuscunq̄ rei de qua actū est naturā. vbi vꝛ velle ꝙ sm naturā actiōis fit cōdēnatio. ⁊ ita vi ⁊ ꝟtute eiꝰ ⁊ debes exponere rei. i. negotij nō attēto mō agendi: s3 restat angusta porta. s. quarta oppositio quā. s. feci. tu dicis mihi qđ iste actiones ideo dicunꝛ arbitrarie: qꝛ sunt stricti iuris ⁊ arbitrio iudicis cōdēnatio variaꝛ. cur ergo actio ꝑscrip. ꝟ. q̄ descēdit ex cōtractibꝰ innominatis nō est arbitraria cū ibi varieꝛ cōdēnatio ⁊ forma obligationis ⁊ cōuētionis. forma cōuētionis est vt fiat vel deꝛ qđ cōuētū est. Hec forma variaꝛ: qꝛ nisi reus faciat vel det fit cōdēnatio ad interesse vt dixi. s. e. §. actionū. Et sic est arbitraria. Similiter vbi fieri est ī obligatiōe nisi reꝰ faciat. fit cōdēnatio in interesse. Cur ergo nō sunt arbitrarie actiōes q̄ ad factū cōpetunt nō vꝛ bōa rō. ¶ Preterea tu dicis ꝙ vbi ꝯdēnatio variaꝛ de necessitate talis variatio nō facit act. arbitrariam. Hoc vꝛ euidēter falsum. Nā si cōuētus rei vē. nō possit restituere rē ꝓpter dolū suuꝫ iuraꝛ ꝯ eū in litē. ⁊ si in infinitū iuratū fuerit fit cōdēnatio. ⁊ tñ ibi fit variatio ꝓpter necessitatē. qꝛ rē ꝑstare nō poterat. ⁊ nemo negare pt q̄n rei vē. sit arbitraria. ff. đ rei vē. l. q̄ restituere. ꝟ. nō pt. ¶ Preterea Pe. dt ꝙ si ꝯdēnatio augeatur extrinsecꝰ: ē act. arbitraria. Et sic sequitur ꝙ actio ex stipulatu sit semper arbitraria. cum ibi veniat interesse extrinsecum. ff. de verbo. obli. l. liber homo. §. fi. ⁊ cōditio furtiua. ff. de cōdi. fur. l. iij. de fur. l. inficiādo. §. j. ⁊ actio. l. aq̄l. ff. ad. l. aquil. proinde. De quibus nunꝙ̄ hoc auditū vel relatū ē suꝑ his malē dicere ꝙ̄ docere. Uerūtamen ex quo docentis officium recepi qđ sentio aperiam. Pro euidentia debes scire quod vbi quis tenetur ad aliquā rem certā ⁊ extat: planū est ꝙ illa petitur ⁊ fit executio in illa si reus prestare pōt ⁊ pars hoc velit. Si ꝟo pars actoris magis velit potest petere ꝙ estimetur ⁊ fiet cōdēnatio in estimatione seu interesse propter ꝯtumaciā rei si res nō extat: tūc si actor eā credat extare vel nō est certuꝫ an extat vel non: tunc res ipsa petitur

a ¶Quero nunqd. De hoc. d. Jas. hic in. vj. colū. post Jo. fab. i additione q̄ incipit: tu vltra scribentes.

⁊ fit cōdēnatio in estima
tiōe. Et intellige qn̄ re⁹
nō fuit liberat⁹ interitu
speciei ꝓpter morā do=
lū vel culpā. Et hoc si cō
stat in rem in ꝓcessu nō
posse dari vl' restitui: q̄2
forte re⁹ de hoc excepit.
Si vero de hoc nō cōsti
terit in ꝓcessu fit ꝯdēna
tio in ipsa re ⁊ si post ap
paruerit eaz non extare
nec in ea posse executio=
nē fieri: peruenit ad esti
mationē. Si vero cōstet
ab initio rem nō extare
q̄uis glo. ⁊ Dy. dicāt ꝙ
res debet peti ⁊ cōdēna
tio fieri in estimatione.
Ego post Innoc. credo
verius ꝙ possit agi ⁊ de
beat ad estimationez vt
de his satis scripsi i bre
uiario meo. C. de sent. q̄
ꝓ eo qd̄ interest ꝓferun
tur similiter vbi factum.
est in obligatione credo
ꝙ possit agi ad factum
Et si pars in ꝓcessu di=
cat ꝙ nō posset vl' nollet
facere fit condēnatio in
interesse. Si vero in pro
cessu non fiat mētio de
hoc: sed cum fit executio
dicit se nolle vel nō pos=
se facere peruenit ad in
teresse. Et hoc vbi pars
agit ad factū si velit age
re ad interesse pōt ab ini
tio: vt scpsi in. d. l. de sen.
que pro eo. vbi opi. do=
cto. diuersas recollegi.
7 ¶† Nunc queram⁹ que
actiōes sunt arbitrarie
quasi is tex. factus non
esset. Et rn̄deo cū impe=
ratore ꝙ iste in q̄bus ar
bitrio iudicis ⁊c. videa=
mus ꝙ de singulis. dicit
tex. satisfaciat vel rē re=
a stituat. Quero nunq̄d *

oēs actio. in q̄bus agitur ad restituen
dū sunt arbitrarie. Et ad hoc respōdeo
ꝑ p̄dicta ⁊ dico ꝙ oēs actiones strictiu
ris in q̄bus fit cōdēnatio ad restituen=
dū rem sunt arbitrarie: ⁊ ad hoc rn̄deo
ꝑ p̄dicta si reus non restituat rē sicut cō
dēnatus est: vel q̄2 nolit vel q̄2 nō possit
ꝓpter dolū vel culpā. ⁊ hic nullā act. ex
cipio nec interdictū. ⁊ in hoc patronum
habeo Ulpianū q̄ hoc plenius dicit q̄
possuz scribere. ff. de rei ven. l. q̄ restitu
re. ꝟ. fi. qui incipit. Hec sn̄ia generalis
¶ Quinimmo etiā offi. iudi. qd̄ est loco
actiōis est arbitrariū qn̄ ꝑ illud dz fieri
restitutio rei. q̄2 forte ille q̄ petit i integ
restitui ante rez possidebat. vt dixi. s. §
rursus. Nā si reus ad iussum iudicis re
stituētis in integrū nō restituat rē co
dēnatur arbitritio iudicis. Et hoc inti
dit tex. hic. in his em̄ et similib⁹ volen=
oēs act. amplecti in quib⁹ talis fit cōdē
natio. Nūquid ergo oēs act. strictiu
ris q̄ ad restitutionē cōpetunt sunt ar=
bitrarie. dico ꝙ nō actu sz aptitudine
nā ita demū sunt arbitrarie si condēna
tio fieret ad restituēdū ⁊ restitutio non
fiat vt hic dicit. Unde si reus rē habet
⁊ actor eligat rē ei manu militari au
ri nō est arbitraria actio. vt. l. q̄ restitu
re. vel in ꝓcessu ꝯstet ꝙ res non extat et
fiat cōdēnatio in interesse tm̄ cessat ar=
bitriū. ⁊. h. d. Pau. exp̄sse. ff. de do. l. arbi
trio. §. nō tamen. q̄ recte glossat hūc tex.
Nec moueat te qd̄ glo. ibi no. ꝙ adhuc
remanet arbitraria illo etiā casu. Quia
verū est vt interesse petitū estimetur ar
bitratu iudicis. Sed non est arbitraria
illo arbitratu de quo hic agitur qui so
lum obtinet: quando condēnatus non
restituit vt hic. ⁊ ibi ptz. Alioquin illa
esset Aurelianen. contra textum
sed credas ꝙ glo. sic intellexit. Unde er
go iste articulus satis expeditus
8 condēnatio ad restituēduz. ¶† Se
quitur in text. vel non exhibeat.
tex. intellige sicut statim dixi si fiat cō
dēnatio ꝙ exhibeat ⁊ non exibeat
ff. de appel. l. creditor. §. iussus. ⁊ si age
9 tur act. ad exhibēdum. ¶† Quid si age
tur interdicto de talbulis exhibē. vel a
edicto quēadmodum testa. aperi. qui
bus pōt.

bus pōt agi in suis casibus: vt no.ff.ad
exhibē.l.iij.§.fi.vel offi.iud.C.de eden.
l.j.ff.de tutel.ꝛ ra.distra.l.i.§.officio.vł
act.ex testō que qñ cōpetit ad exhiben=
dā rē.C.de fideiuſ.l.infra.ad.l.fal.l.si
prediorū.rñdeo ꝙ he oēs sunt actiones
arbitrarie.Cū nō se extendat ad hoc qꝛ
reus iussus nō exhibet.¶Quid ergo si
nō fuit iussus qꝛ forte ab initio agit̃ ad
interesse post morā vel in processu con
stat ꝙ dolo vel culpa nō pōt exhibere
quo casu fit ꝯdēnatio ad interesse.ff.ad
exhibē.l.celsus.§.idem celsus.de tab.ex
hibē.l.locū.§.cōdemnatio non credo ꝙ
sint arbitrarie hoc casu.vt dixi.s̄.i reali
bus ꝛ in personalibus que competunt
restitutione rei.ꝛ ꝑ rationes ibi tactas
Sequit̃ in tex.vel soluat.Dicit glo.cum
certo loco est soluendum.¶Quid ergo
si alias soluere tenetur simpliciter ꝛ nō
solueret.videtur ꝙ non sit arbitraria ꝑ
hanc gl.que hoc supponit expresse.et ꝑ
hoc facit qꝛ tex.exemplificauit de eo qd
certo loco ꝓmissum est.j.versi.in ꝑsonā
ꝛ sic supponit ꝙ alie nō sunt arbitrarie.
¶Quid ergo si promisisti mihi dare sti
chum ex contractu innominato ꝛ es da
re condemnatus ꝛ non das cōuertitur
condēnatio ad interesse nunquid est ar
bitraria.Non videretur posse reddi bo
na ratio cur nō sit.Et idem in cōtracti=
bus innoiatis qñ cōdēnatus dare rem
quā debet in specie non dat.vel si non
possit dare.ꝛ hoc qñ agit̃ ꝛ fit ꝯdēnatio
ad ipsam rem.Secus si ab initio agere
tur ad interesse:seu estimationē.vel si
fieret cōdēnatio in prima sñia in inter=
esse.et idem videtur dicendū vbi fieri
est obliga.iuxta illa que dixi.s̄.in eui=
dētia.Alias vr̃ ꝙ vix possint euitari op
positiones.s̄.facte.¶Sed quid si quis
promisit dare pecuniā.rñdeo ibi nō vi=
det̃ ꝙ varietur cōdēnatio ꝛ ideo nō vi
detur ꝙ possit esse actio arbitraria pro
pecunia.ꝛ hoc nisi esset certo loco pro=
missa.Nam tunc est arbitraria pro pe=
cunia.ff.de in litē iuran.l.nummis.de
eo qd certo loco.l.ideo.Uel nisi petere=
tur vt species:qꝛ tunc iudicatur retro
10 idē qd in spē.vt dixi.s̄.§.pxi.¶†Quid
si promisit dare quantitatem vtpote vi
num bladū ꝛ cōdemnatus nō soluat.
Dic idem sicut de pecunia ꝙ condem=
natio nō variatur:semper eñ remanet
principalis forma ꝛ agit̃.ad vinū vel
bladū licet petatur vltra quantipluri=
mi fuerunt.ff.si cer.pet.l.vinū de triti.l.
in hac.nam tale augmētū nō facit actio
nē arbitrariā.vt dicā.j.ꝓxime.Sed nū
quid qñ certo loco soluendo ꝓmittit̃ ꝙ
vel ex mutuo vel ex testamēto debetur
sunt semper arbitrarie.Dicas ꝙ nō:qꝛ
arbitrariū cesset vbi petit̃ in loco i quo
est ꝓmissum:qꝛ ibi nulla fit variatio a
forma obligationis.Uñ ꝗuis condem=
natio augeat̃ ꝑpter fructus ꝛ interesse
semꝑ remanet ꝑncipalis forma:vt ptȝ.
ff.de eo qd cer.lo.l.ꝙ si ephesi.in ꝑn.et
ideo tex.notāter dicit hic.si alibi petat̃.
Quia secus si in loco promisso.vt iuxta
glo.posui.Et hoc qd in hoc.§.dr̃ habet
locū indubitate qñ ꝓmissū certo loco
alibi petit̃:si re⁹ dicit se velle soluere in
loco ꝓmisso iuxta illa que notant̃ in.d.
l.qd si ephesi.§.j.qꝛ tūc condemnat̃ ad
soluēdū ibi ꝛ si nō soluat iussu iudic; fit
ꝯdemnatio ꝛc.ꝛ in hoc ꝯcordat optime
ista litera.¶Sed qd si vna fiat cōdem=
natio in loco in quo nō fuit promissum
quia forte non fuit per eum oppositum
ꝙ vellet in loco in quo ꝓmisit soluere.
Quo casu supponit dictus.§.interdū.
ꝙ fit condēnatio impetitū:tūc non vi=
derent̃ dicte actiones arbitrarie per ea
que.s̄.dicta sunt.ergo cessat ratio q̄ hic
reddit̃ nisi arbitrio iudicis satisfaciat
ꝛc.ꝛ hoc videt̃ ꝑ.§.s̄.sepius alleg.ff.de
do.l.arbitrio.§.nō tñ.sed hoc non videt̃
de mēte illius titu.ff.de eo quod cer.lo.
Nam lex vocat illam actionem arbitra
riam post simplicē morā.e.ti.l.fi.¶Itē
ille.§.interdum supponit ꝙ causaliter
fit condemnatio ad soluendum in loco
promisso:quia dicit interdū.Et hoc sen
tit hic glo.que incipit.i.bonitatē:ꝛ tūc
actio dr̃ semꝑ arbitraria et sic hec vide
tur cōtraria illis que dixi.s̄.§.nō tamē.
Sed hoc debes intelligere:vt.s̄.dixi.
quia quando fit vna condemnatio ꝛ in
alio ꝙ̃ forma ꝑmeua obligationis ha=
bet:actio potest dici arbitraria sumen=
do large arbitrariā:sed ꝓprie sumen=

do put sumit hic solū arbi. dicit qñ arbitrio iudicis non satisfit. ꝛ ideo peruenit ad aliā ꝯdemnationē ꝙ̄ forma obligationis ꝛ petitiōis habeat. Uñ de illis vr̄ hic solū loqui: aľs nō ꝯgruerēt hec exēpla de eo qđ cer. lo. ꝓmittit dicto pn̄
11 cipali qđ ponit in. §. in qb⁹. ¶ † Sꝫ pōt q̄ri. gl. h. ꝛ vbiꝗ dicit ꝙ tres actio. resultāt arbitrarie qñ debet certo loco. ꝛ additur quarta vꝫ de ꝯstituta: vt iuxta gl. scripsi. Quero nūq̄d possit addi quinta vꝫ obligatio lr̄aꝝ: seu actio ex ea resultās. Uerbi gratia. Per lr̄as obligasti te certo loco reddere centū que mutuo recepisti. Pōt dici ꝙ sic cum sit eade ratio sꝫ ꝓ tanto nō fuit noiata in. ff. vbi plus agitur de hac materia ꝙ̄ alibi: qꝛ cōtractus literarū erat incognit⁹ illo iure. vt dixi satis. §. de ob. lite. vide ibi. ¶ Sequitur post tex. Uel ex noxali causa seruuꝫ dedat ista est antiqua grammatica dedo dedis. sꝫ q̄ritur q̄re et quomodo act. noxalis sit arbitraria. glos. reddit vnaꝫ causam ꝛ tex. aliam. glo. dicit ꝙ ideo dicitur arbitraria qꝛ iudex arbitratur an reus liberetur dādo pro noxa. vel non. ¶ Tex. dicit ꝙ ideo qꝛ nisi arbitrio iudicis dedat cōdēnari dꝫ: he cause non videntur se compati: quia causa que per gl. redditur non conuenit cum illo text. Aliud est enim condēnare pro eo: quia ꝓ noxa nō dat ꝙ tex. dicit ꝛ aliud ꝓ eo: qꝛ ipso sciēte ꝛ nō ꝓhibēte cōmissum est delictuꝫ. Uñ hoc qđ gl. dicit non est nisi reprehēdere tex. de insufficienti causa. ¶ Preterea glos. nō defendit tex. Nā is tex. nō videt ꝓcedere. dicit eñ si is cū q̄ agit arbitrio iudicis non det ꝓ noxa dꝫ ꝯdēnari. ergo supponit ꝙ prima ꝯdemnatio est qđ reus det pro noxa. ꝛ tamen istud falsum est. quia noxe deditio non est in condemnatione: sed in solutione. ff. de re iudi. l. miles. §. dotem. et. §. is q̄. vbi recte concluditur ꝙ nunꝙ̄ iubetur dare pro noxa. sed solum est in eius facultate contra hunc tex. ꝛ hoc apparet. J. de noxa. in prin. Ad hoc potest dici ꝙ is. §. procedit in casu singulari quo agitur ꝛ concluditur ad noxam sicut quando dominus conuenitur pro delicto vicarij. ff. de noxa. l. si ex re. §. fi. de fur. l. si seruus nauē. tunc enim si iussus fuer dare pro noxa ꝛ non dat condemnatu Sed istud restringeret nimis hūc. §. vr̄. videtur qđ debeat casus queri ꝛ reperiri quo dñs iussus nō vult dare ꝓ noxa iudicis arbitrio quia in hoc casu loquitur is tex. Propter qđ videret tex. posse dici ꝙ qui agit noxali debet agere vt appareat ꝙ ꝓ noxa agitur. ff. de noxa. l. in delictis. §. si detracta. Et ex hoc possunt diuersi ꝓcessus fieri. Nam si iudex vult potest ante sententiā partē reā interrogare an vult dare ꝓ noxa. Si dixerit sic ꝛ iudex p̄ceperit ꝙ det ꝛ nō dat fiet condemnatio in pecunia ꝛ hoc vult dicere iste tex. ꝛ hoc casu hec act. ē arbitraria. ¶ Si aūt iudex ꝓcedat ad condemnationē pecunie statim absꝗ alio iussu non est arbitraria illo arbitrio de quo hic tractat vꝫ qꝛ arbitrio iudicis nō noxe dat sed bene verum est ꝙ cadit arbitrium iudicis in his q̄ gl. dicit ꝛ in multis alijs q̄ possunt cadere in processu: sꝫ illa non faciunt arbitrariam illo arbitratu d̄ quo loquit hic. ꝛ ita videt posse
12 intelligi is. §. ¶ † Sed pro deo dic mihi tota ista materia clamat ꝙ in his arbitrarijs fit cōdēnatio ꝺm qđ iudici vr̄ ex bono ꝛ equo ꝺm rei naturā nisi arbitrio iudicis satisfiat. ¶ Quero nūquid sint due instantie. ꝛ nunq̄d sit necesse offerre libellū in secūda sicut i prima ꝛ an ferentur due snie. glo vult dicere ꝙ ferentur due snie: ꝛ ꝑ ꝯñs fiant duo ꝓcessus ad instar act. p̄ncipalis ꝛ act. iudicati. ff. de re iu. l. miles. §. fi. ista questio non est noua. spec. mouet etiā de iureiuran. ꝟsi. sed nūq̄d. ꝛ determinat. ꝙ nō sit op⁹ nouo libello nec nouo ꝓcessu. ¶ Quid ergo actor veniet ad iudicē ꝛ dicet dñe vos cōdēnastis vel p̄cepistis tali q̄ restituat soluat ꝛ exhibeat vel noxe dedat talē rē. hoc facere recusat. Peto ꝛ vestrum officiū imploro ꝙ ex quo nō pōt vel nō vult vobis parere vos doceatis eū ꝛ faciatis mihi satisfieri de dāno ꝛ oi interesse. Et hoc iudex dꝫ facere ꝛ rē estimare: et in eo qđ estimauerit cōdēnare. Et vr̄ duplex snia. Et q̄cq̄d sit vltima videret p̄ncipalior. et de vltima fit executio. ¶ Unde tex. vocat hic primā arbitriū

in scda dicit condemnari vt hic in ver. in qbus supponendo q scda sit vera cõdemnatio ꝛ alibi vocet primã iussuz.ff. de appel.l.creditor.§.iussus.sed hoc intellige vbi reus statim confessus fuit.ꝛ fuit sibi factum pceptum de restituẽdo soluẽdo vel exhibendo.iuxta.l.si debitor.de iudi.tunc enim prima est iussus ¶Sz si esset cognitũ plene de negotio ꝛ pria snia esset lata sup peti.ptib⁹ auditis plene ꝛ p pcessuz:tũc pria esset vere diffinitiua q̃ finẽ ꝯtrouersie iponeret:vt apparet in.l.q restituere:vbi fuit declaratũ pro actore ꝛ reus fuit cõdemnat⁹ ad restituendum.vnde illa est vera diffinitiua que finem controuersie imponit.ff.de re iud.l.j.Jllud tamẽ caue qꝛ quandoqꝫ fertur vna sententia tantuz ꝛ vꝫ qñ ante sniam apparet per processum q reus rẽ pstare non vult.vel non põt.vt satis in supioribus dixi ꝛ ita pt intelligi qđ scripsi de act.qđ metus causa.s.e.§.omnes.ꝟs.qdrupli.

13 ¶†Quero vltimo quis sit effect⁹.an actiones sint arbitrarie vel non.et cur super hoc tãtum laborauimus.certe magnus si gl. verũ dicant.dicũt eñ q in arbitrarijs iuraꝛ in litẽ. Jste est maxim⁹ effectus. ꝛ no.ff.de in lit.iuran.l.in actionibus. ꝛ hic sed hoc non probaꝛ aliqua.l.sꝫ tota die allegaꝛ ad hoc is.§.ꝛ nihil facit. immo videretur potius ad ꝯtrium.Dicit enim q pmittitur iudici scdm cuiuscũqꝫ rei:naturã estimare ꝛc.Et ita supponitur q non iuratur in litez quia tũc nil estimaret.sed iuramentum sequeretur:vel estimaret nõ sequeretnr rei naturã.nec verũ ptũ sed singulare interesse.Juxta illa q̃ legunꝛ.ff.đ in lit.iurã. l.videam⁹.§.fi.cũ.l.seq.ꝛ se. ¶Preterea,hoc non est verum indistincte:q iuretur in litez arbitrarijs. Quia quãdo certo loco promittitur est actio arbitraria vt hic patet.constat autẽ q quando certo loco promittitur non iuratur in litem:quia si in litem iuraret veniret singulare interesse.et tamen constat q nõ venit nisi commune. vt.ff.de eo quod certo loco.l.ij.§.nunc de officio.Et not. in.§.fi.eiusdem.l.non est ergo veruz q in omnibus arbitrarijs iuretur in litẽ.

Ad hoc potest dici q in omnibus realibus iuretur in litem et omnes arbitrarie.Et hoc quando p cõtumaciã vel doluz rẽ nõ restituit. ¶Et hoc est expssuz. ff.de in lit.iu.l.in actionibus.ꝛ.d.l.qui restituere.ff.si ser.ven.l.harum.ꝛ.l.egi. ff.de pignori.l.si fundum.ꝛ idẽ in actionibus ad exhibendum.vt.d.l.in actionibus.ff.ad exhiben.l.iij.§.ij.ꝛ idẽ credo i veris arbitrarijs de quibus hic loquitur quando per contumaciam iudicis arbitrio non satisfit: vt.l.arbitrio. ff.de do.finiũ regun.l.iij.§.si dicantur. et idem forte si per dolum.vt nota.ff.de in lit.iurã.l.minimis. ¶Sed obst.ff.ne vis fiat ei qui in pos.missus est.l.j.§.hec verba.de aqua plu.ar.l.si tertius.§.fin. vide.s.de verbo.obliga.§.fin .vbi satis scripsi. ¶Jtem nec obstat is.§.in quo dicit scdm naturam rei estimate et ita supponitur quod non iuretur in litem: vt magis declaraui:quia loquitur de illa estimatione de qua sic loquitur.ff.de in lit.iur.l. videamus.§.iurare.que est scdm rei,naturaz licet non scdm pretiũ vt dixi.posset tractari materia đ offi.iu. de qua vide plenissime ꝛ ordinatissime plusqꝫ ego scribere possem in specul.de offi.iudi.vbi reperies ad satietatem.et vide.j.de offi.iudi.

&☞Casus positio ponitur.

1 Petitio icerta an ꝛ qñ admittatur.

2 Actor petens castrum vel villam cum suis pertinentijs:an debeat iura illa ꝛ pertinentias specificare.

3 Quid si petat fruct⁹ vel expẽsas:an debeat declarare quãtitatem earum.

4 Et an interesse debet estimari si principaliter petitur.

5 Quid si quis petat subiectionẽ vel ius taliandi vel aliquod ius super aliqua villa:an debeat illud specificare.

6 Quid si ago ꝯ titiũ dicẽs q vẽdidit mihi vł donauit mihi qcqd hꝫ i tali villa vł bõa q̃ habuit a tali:an libel.pcedat.

7 Quid si qs petat obedientiã ꝛ subiectionẽ sibi adiudicari sup certe ville hominibus ꝛc.an illa debet declarare.

8 Uniuersitas iuris si non potest peti per actionem realem:an possit peti p actionem person alem.

9

10 Quid si obligasti mihi oia bona tua si ago hipo. an dbeo specificare.

11 Petitio incerta lz non debeat admitti: si tn̄ admissa fuerit processus non vitiatur. dz tn̄ declarari in quacūq3 parte ꝓcessus si petatur.

12 Sentētia qualiter ꝛ qualis dz ferri a iudice certa vel incerta. vide.

13 Judex si cōdēnet titium in his q̄ ex actio. apparebit eum debere: an valeat sententia.

14 Snia incerta sup accessorio valet reseruata taxatione.

15 Curare dbet iudex vt ferat sniam certā: sed sup quo ꝟsatur ista cura iudicis. vide.

a ℂCurare. Diuide ħ ꝑm ange. ꝛ sūma sic. Judex dz ferre sniaz certā etiaz sup libello icerto si incertitudo ē in ꝑtāte iudicis. h. d.

b ℂIncerta admitta tur. de hoc vide Jaso. hic, in ꝑnc. ij. colū. ꝟs. iij. no.

Curare[a] aūt

1 dz iudex. ℂ†Iste. §. tangit practicā ꝛ loquit̄ generaliter de oibus actionib⁹ dando instructionem iudici quō debeat iudicare. Jn quo pōt sic poni casus. ℂDn̄e imperator ego statim audiui qd iudex ex bono ꝛ equo dz estimare quem admodū actori satisfieri debeat. Dicatis mihi nunquid dz estimationē certā exprimere ꝛ declarare. rn̄det impator ꝙ iudex curare dz vt oi modo ꝛc. ꝓsequere text. ℂGl. huiusmodi. §. sunt satis plane quarum effectus patebit per infra 3 scripta. ℂOppo. text. dicit ꝙ quantum est possibile debet certam ferre sententiam. supponitur ergo quod si non sit possibile feret incertam et quando valebit. Et tamen constat ꝙ sententia incerta non tenet. ff. de re iu. l. in sententijs. C. de sentē. que sine cer. quan. l. iij. ℂItem opponitur hic dicitur ꝙ iudex debet curare quod certam ferat sentētiam etiam si de incerta quātitate apud eum actum sit. ꝛ ita supponit quod petitio incerta admittit̄. Cuius contrarium patet. ff. de rei vēdi. l. si in rē. deposi. l. j. §. si quis argētum. de iureiuran. l. pretor. ℂ†Ad hoc quod ista 2 videas. ꝛ ꝑ consequēs intellectum huius. §. qui ex his pēdet preposterum ordinem textus examinando. primo an petitio incerta admittatur[b] ꝛ quando. b Et videtur ꝙ petitio incerta debeat admitti. ff. de rei vēdi. que de tota. §. fina. C. de anna. exce. l. fi. ĵ. proxi. §. super hoc est aduertendum. quia interdum contrahitur obligatio ad incertum: interdum ad certum: vt patet. ff. de ꝟbo. obl. l. stipulationum quedam. cum. l. sequē. ℂIn primo casu si sit talis incertitudo que non vitiet obligationem admittitur petitio incerta iuxta naturam obligationis. vt si promisisti hominē in genere vel duo alternatiue vel si constituisti mihi aliquam seruitutem incertam vt vsum in tuo nemore ad omnes meas necessitates ꝛ in multis alijs exēplis de quibus. ff. de verbo. obligati. l. vbi autem. per totam. l. quia nisi ageretur scd̄m naturam obligationis actor succumberet: vt. ĵ. proxi. §. versi. hic autē. Sed si obligatio continet certum vel res pro qua agitur est certa: tunc obtinet ꝙ petitio dz esse certa vt. d. l. si in rē. Unde tamē verum est ꝙ etiam illo casu incerta petitio admittitur ex causa q̄n certificari non potest. vt. l. que de tota. §. fina. de fur. l. in actio. ꝛ hoc in singularibus actio. in vniuersalibus ꝛ generalibus res non specificatur: ꝛ hoc intēdit gl. ꝛ plenius. ff. de edē. l. j. ℂ†Quid 3 ergo[c] si quis petat castrum vel villam c cum suis iuribus ꝛ pertinen̄. nunquid dz iura illa ꝛ ꝑtinentias specificare. Uidetur ꝙ sic: quia rei vē. est actio singularis. vt. d. l. si in rem. Potest dici ꝙ non quia ista petuntur tanq̄ accessoria. vnde accessoria non habent in libello spe

c ℂQuid ergo. Sed q̄d si iudex ꝓnūtiauit sic. ꝓnūtio vt ꝓnūtiauit talis iudex in tali cā. an valeat snia. vid hic ꝑ ange. circa fin. ij. col. ꝟ. q̄d si iudex. vide Jas. hic in viij. col. cir. fi. ꝟ. q̄rit ergo i ꝑmis.

cificari.extra de excep.c.cum ven.de re
4 sti.spo.c.ad sedē. ¶†Quid si quis petat fruct⁹ vel expēsas:nunqd dz declarare quantitatē eorum doct.iur.cano. dicunt ꝙ non si petantur accessorie. vt not.Inno.de li.obla.c.significantibus. ¶Sed contra hoc videt̄ expresse.ff.de edil.edic.l.ediles.§.item sciēdum. in fi. ibi cum dicit nisi fuerūt nominatim iniuncta.⁊ loquit̄ de accessorijs. Sed dic nominatim iniuncta.i.expresse petita: non autē specificata.nec de hoc intendit ꝑm materiā. tamē iudex bene faceret si faceret specificari ꝑterea hec petēte si possint specificari ꝑ actorē ⁊ hoc de fructib⁹perceptis ante lit.cōte. Futuros enim nō posset estimare cū non sciat q̄ erūt nec quātū lis durabit. Sed
a quid ᵃsi agit̄ ad interesse.nunqd quātitas dz certificari ⁊ declarari.glos.hic sentit ꝙ non.in glo.quando alia actio. Idem gl.finalis alibi dicit ꝙ interesse petitur pro certi conditione. ¶Et ita supponit ꝙ certa quātitas debet peti. Pro prima opi.videt̄ quasi expressum. ff.si quis in ius vocā. non ie.l.fi. de arbi.l.diē proferre.§.fi.de verb.oblig.l. si penam.in fi.eo.tit.§.liber homo.l.fi. in quibus videtur cōcludi interesse incertum peti.⁊ glo.vbiꝗ sic intelligit:videlicet ꝙ petitur incertum tn̄ post certificatur in processu.Pet.de bel. per.q̄ parum aut nihil aliud dicit hic videtur tenere ꝙ vbi interesse petitur principaliter ⁊ ꝑteritū ꝙ dz estimari ⁊ certa quātitas peti:sed vbi petitur accessorie vel futurum non.Uerbi gratia.si promisisti factum ⁊ nō fecisti potest agi ad interesse.vt.l.siquis alio.§. fi.ff.de re iudica.tale interesse petit̄ principaliter et dz estimari in libello. vt si dedisti damnum:⁊ ago actione.l.aquilia.⁊ multis alijs actionibus q̄ ad interesse dantur. Sed accessorie petitur quando agitur principaliter ad rem ⁊ nihilomin⁹ petitur interesse ꝓpter morā.vt in actione ⁊ empt.incerti condi.ex mutuo.tunc sufficit certificari in ꝓcessu et maxime quando debetur ex mora: cū tunc non possit certificari. cū crescat vsꝗ ad sentētiā/quinimo vsꝗ ad executionē quā-

doꝗ.Uide.ff.de triti.l.in hac.ff.si certum peta.l.
5 vinū. ¶†Et ꝙ debeat interesse estimari quando principaliter petit̄. idem Pet.probat: quia illud interesse est preteritū ⁊ preterita sunt certa.s̄. de verbo. oblig.§. conditiones. ⁊ sic quasi certum petendum. Pro opi.facit.ff.de ver.obli. l.stipulationes nō di.in fine primi r̄n̄si.ibi iuxta estimationē facti dādā esse petitionē. Negādū tamē nō est quin ex ista causa admittat̄ sine certificatione cū iuramento etiam vbi principaliter petitur vt dictū est s̄.⁊ hanc opi.amplectit̄
6 consuetudo. ¶† Quid
b si quis ᵇ petat subiectionem vel ius taliādi vel aliquod ius generaliter sup aliqua villa:nunqd oportet specificare singula. videtur quod sic. Qr confessoria est actio singularis et sic non datur pro tali vniuersitate vel generalitate. Sed oportet singula specificari. verius videtur cōtra. vnde credo ꝙ vbicūꝗ agitur de vnico actu faciendo vel declarando ꝙ illud ius possit peti per actionem singularem vniuersaliter vl' generaliter ꝑm formā obligationis.vel rei naturam. Sed vbi concluditur ꝑ modum principalis ad dandum vel restituēdum rē: vel summaz singularē:tūc illa est certificāda ⁊ specificanda. Uerbi grā. Peto declarari ꝙ fullones vel car-

a ¶Sz qd. Quid autē si iudex in snīa expresse se retulit ad quoddā instr̄m qđ non fuerat in cā ꝓductū:an valeat snīa.vide hic per ang.in fin. ij.col. ꝟsic. q̄rit Bal.et ꝑ Jaso. hic in.viij. col. in fi.ꝟsi.qd autez si iudex.

b ¶Quid si qs. Quid autē si iudex dicat cōdemno si ē probatū: al's absoluo.vide hic ꝑ Angel.in iij.colū. cir. me.ꝟsic.qd si iudex dixit condemno.si est ꝓbatum. ⁊ ꝑ Jas. hic in x. col. ante me.in.ꝟsic. querit etiā Ange.

nifices talis ville i suo nouo igressu de
bēt mihi taliā ẜm facl'tates suas. vl' qḋ
sint rusticiabiles mei. talis petitio ad=
mittitur: quia certum petitur videlicet
declaratio talis iuris ⁊ hoc est clarum
⁊ certum. Idcirco nihil aliud habeo de
clarare illi contra quem ago qui forte
me turbat seu impedit vti iure illo. Sz
si peterem mihi aliquid dari vel resti=
tui ab illo contra: quez ago: tunc debeo
declarare ⁊ certuz dicere. Uerbi gratia:
Dico contra vnum de carnificibus ali
cuius ville quod carnifices noui debēt
mihi in nouo ingressu taliam scḋm fa=
cultates suas: et quod ipse est carnifex
nouus quare peto taliaz ab eo mihi da
ri. Sine dubio ego credo ꝙ debeo dice=
re quantum peto pro talia vt possit de=
liberare an talia sit ẜm facultates suas
qui hoc casu taliā petit principaliter. ⁊
hoc argumento predictorum. Quid si
non petitur principaliter sed in conse=
quentiam. Uerbi gratia. Ago contra ti
tium dicens me habere tale ius serui=
tutis super ipso: quod peto declarari ⁊
hoc declarato peto per officium ip̄m co
gi ad prestandum taliam secundum fa
cultatē suam: nūq̄d procedit talis peti=
tio. Uideretur quod sic per predicta. Qr
ipsa talia per modum accessorij. peti=
tur declaratio namq3 est principalis cō
clusio in reali. vt satis dictum est. s. §.
eque. ⁊ sic residuum venit accessorie p
officium iudicis vt ibi. ⁊ facit bene. C.
in quibus causis col. cen. l. p̄ma. lib. xi.
Sed huic obstatur: quia in rei vendi=
catio. declaratio est conclusio principa
lis: ⁊ rei restitutio venit per officium iu
dicis. vt. l. qui restituere. ff. de rei vendi
catio. ⁊ tamen in rei vendicati. res que
venit per modum accessorij debet desi
gnari. vt. l. si in rem eodē titulo. ¶ Sed
ad hoc potest responderi quot res desi
gnatur in rei vendi. quia alias nō pos=
set designari dominium pro quo agi=
tur quod i re insidet nec ipsa causa p̄n=
cipalis agendi. Sed hec causa agendi
bene patet absq3 designatione summe.
Unde in hoc aduerte: quia res super
qua principalis intētio ⁊ cōclusio fun
datur est designāda: sicut in titulo que
stionis nostre designatur villa seu ca
struz. Et hoc designato non oportet de
signari id quod venit accessorie: sed si
principale et accessorium sint idem vel
vnum nō potest designari sine alio: tūc
illud designandum est. Sicut si agem
pro seruitute itineris debita a tali fun
dō oportet designari funduz nec est di
uersum in rei vendicatio. ⁊ confes. quo
7 ad hoc. ¶ †Sed quid si ago contra ti=
tium dicens quod vendidit: vel dona=
uit: vel legauit mihi quicquid habet in
tali villa: vel bona que obuenerūt sibi
a tali. nunquid procedit libellus. vel
an oportet quod declarem et specificez
bona illa singulariter. Uidetur quod
non debeaz specificare in libello. Quia
forma obligationis est talis. et sic suffi
cit ita petere per ea que hic notantur ⁊
que. s. sunt dicta. Et hoc videtur tene
re Specu. titu. de li. §. iam nunc. ⁊. § in
xta. de actio. seu pe. §. j. versicul. quid si
peto. Pro quo facit. ff. de legatis. iij. l.
vxorez. §. legauerat. Quia quodammo
do videtur certa demonstratio. ⁊ ita ha
betur pro designatione. ff. de oper. no=
ui nuntiati. l. de pupillo. §. qui nuntiat.
Et pro hoc facit. ff. de rei vendica. l. si in
rem. §. fina. versi. admittitur petitio ser
ui qui fuit ex tali hereditate. In contra
rium videtur quia libellus certus esse
debet vt per euz reus possit instrui an
cōtendere vel cedere debeat. Unde cuz
ex isto non possit instrui non est admit
tendus. Solu. satis videtur admitten=
dus contra illum qui contraxit. ⁊ cōtra
tio: quia libellus datur vt reus possit
certificari ⁊c. ¶ Nunc reus debet esse
certus magis quam ego de his que si
bi obuenerunt vel que habet in tali lo
co: quare ⁊c. ¶ Sed contra tertium con
tra quem agitur reali: non videtur ad
mittendus. Quia cessat predicta ratio.
¶ Unde si admitterem: cum difficulta=
te admitterem. Et in casu tamen quo
non posset melius declarare. et quic=
quid sit in iuramento oportet qḋ sit cer
tus quia alias non posset iurare quod
reus possideret: nec quod ipse sit do=
minus que oportet ipsum iurare quia
illa sunt de fundamento petitionis.

8 ¶†Sed quid[a] si quis petat obedien-
9 tiam et subiectionē sibi adiudicari sup hominibus certe ville. ꝛ illa que subiecti facere debēt suo domino iustitiario nunquid illa dꝫ declarare. Videretur ꝙ sic. Quia illa nō sunt certa. sed satis potest dici quod sufficit declarare in articulis. extra de prescrip. c. auditis. quia talis obedientia censetur vnum corpꝰ plures species sub se continens. Unde sufficit totum corpus petere sicut sufficit petere gregem. ff. de rei vendicatio. l. j. §. fina. eo. titul. l. vendicatio. non vt gregis: ꝛ hoc si certum sit de consuetudine vel de iure quod verbum importat: alias si esset dubium non videtur
9 cur nō esset opus declaratione. ¶†Sꝫ queritur vltra. certum est quod vniuersitas iuris non potest peti per actionē realem: sed an per personalem. Non videtur. sed singulares res sunt petende. ff. de here. ven. l. qui. filij. §. j. C. de here. ven. l. qui tibi. Contrarium est expressum quia hereditas petitur per actionem ex testamento. C. ad trebel. l. ꝛ sine scriptura. ff. de fideicom. here. pe. l. fin. cum no. ꝛ per act. ex stipulatu. ff. ad trebel. l. facta. §. j. vnde videtur verum qđ hereditas tota possit peti. ꝛ tunc res nō designatur: ꝛ etiam singulares: ꝛ tūc eas designari oportet. vt nota. ff. ad trebel.
10 l. restituta. ¶†Queritur vltra. qđ si obligasti oia bona tua mihi ago hip. vt ea mihi dimittas nunqđ possum sine alia expressione vel an habeo exprimere singula. vr ꝙ habeam exprimere quia hipo. est actio singularis i qua necesse est res exp̄mi vt. s. dixi. ¶Preterea ista omnia bona important vniuersitatē iuris. ff. ad treb. l. nā qđ. §. fi. cū. l. seq. ꝛ vniuersitas iuris non pōt peti p ac. realē. vt. l. vēdito. s. alle. ¶In ɔ̄trium videtur ꝙ q̄s uis hipo. sit realis tñ fundatur ꝛ causatur ex nuda ɔuentione ꝛ obligatione vt satis dixi. s. eo. §. itē seruiana. Ex quo ergo talis obligatio admittitur cur nō talis petitio. videtur ꝙ immo talis petitio admittatur in certa vbi obligatio est incerta. vt dixi in supiorib9. ¶Preterea hip. competit pro fideicommisso vniuersali. C. communia de le. l. j. et. ij.

¶Preterea cessio bonorum vniuersalis admittitur cur nō dimissio bo. pos. q̄ p hipothe. auocatur si talē libellū recipere ego reciperē eum ɔ̄ obligationē non ɔ̄ tertiū possessorē p ea q̄ dixi. s. in q̄stione. sꝫ ad qđ ago de hoc scripsi. s. de acquiren. per arrog. §. j.
11 ¶Nota ꝙ lꝫ petitio incerta non debeat admitti: si tñ admissa fuerit nō vitiatur ꝓcessus verum est ꝙ debet declarari in quacūqꝫ parte ꝓcessus si hoc requiratur. C. de anna. ex. l. fi. vbi erat incertissima. ꝛ tamē tenet als ꝛ non operaretur interruptionē vt ibi scripsi. ꝛ dꝫ fieri ꝓnuntiatio extra de sen. ꝛ re iudic. c. cuꝫ bertoldus. de rescr. cum dilecta. de ordi. co. cum dilectus. de ca. mo. c. dilect9. p doct. ꝛ p Inno. extra de sepul. l. certificari. Ex his appet quo modo agitur de incerta
12 quantitate vel re. †Restat videre quomō sententiandum sit. ꝛ in hoc stat intellect9 huius. §. ꝛ glo. sup quo sciendum ꝙ aut q̄ritur quomodo sententiandū sit super principali. aut quomodo sup accessorio. si sup principali: tunc aut petitio continet certam et designatam q̄ātitatē vel reꝫ: aut incertā. Primo casu certū est ꝙ snia dꝫ esse certa. vel p designationē rei vel q̄ātitatis. vl p certā relationē vl demōstrationē: vt condēno te petituꝫ. ꝛ sic intellige. C. de sen. q̄ sine

a ¶Sꝫ qđ. Quid vero si iudex dicat in snia titiū absoluo ꝛ expensis victū victori nobis ꝛ successorib9 nostris taxatiōe reseruata an videatur fcā cōdemnatio. vid angel. hic in iiij. co. post p̄n. ℣. qđ si iudex dicat titiū obsoluo. et p do. Iaſ. in xj. col. post prin. in ℣s. vlti. vt nihil.

certa quãtitate.l.j. et.ij. ff.de re iudi.l.in senten=tijs. ⁊ hoc dicit is.§. cu=rare debet ⁊c. et adeo cu rare: q2 non valebit snia nisi sic curauerit et fece=rit.C.de sen. q̃ sine certa quãtitate.l. penul. ⁊ fiñ.

13 ¶†Quid si condemnet reũ in his q̃ ex actis[a] ap parebit eũ debere. nun=quid valet snia. Videt̃ q̧ sic: q2 hoc apparebit per processum. vt.d.l.in sententijs.ff.de ma.te.l. noiatim. ⁊ pro hoc vt ex de excep.c.cum venera=bilis. ⁊ hoc videt̃ tenere ibi Inno.s3 gl. videt̃ no tare cõtra.C.de sen.que sine cer.quãti.l.peñ. pro qua facit: q2 acta ⁊ atte=stationes vt plurimum sunt dubie: ideo op3 sen tẽtiã declarare. Potest dici q̧ valet in predictis terminis. Sed si diceret cõdẽno te in quãtitate contenta in instrumẽto pducto p actorem vel p testes in ea concordan=tes. credo q̧ valeret: q2 refert se ad quid certũ ⁊ clarũ p.d.l. in sentẽtijs. caueat tñ iudex q̧ super toto iudicet. vt.j. dicet̃.

a ¶Ex actis. d hoc vide Ang. h post p̃n. ij. col ꝟ. ex quo not. q̧ in dubio.

¶Scdo casu qñ petitio ptinet incertũ. Tũc aut de natura obligationis seu rei ad quã cõcludit̃ nulla est certificatio fa=ciẽda: ⁊ tunc valet snia ita incerta sicut est peti tio. Verbi grã. qñ petit̃ homo pmissus in gene=re vel alternatiue natu ra obligatiõis ⁊ rei que petit̃ h3 vt petat̃ incer=tum nec certificandũ in pcessu: immo caderet si certũ peteret.j. pri.§. ꝟ. huic autem. ideo iudex nõ h3 curare q certã ferat sniam: vt hic not. Exemplũ autẽ tertiũ qđ glo. ponit vc3 qñ agitur noxali: nõ placet: q2 ibi potest ferri cer=ta snia vt videbis.j. de offic. iudi.§.j.ff. de re iudi.l.miles.§.j. sed potes ponere alia exẽpla si pmisisti seruare indẽnem aduersus rem publicam vel aduersus aliquã cui tenerer posse3 forte ex admi nistratione vel al's: isto em̃ casu si ago vt condẽneris ad me seruandũ indẽnẽ valet sentẽtia.C.de sen.q̃ sine cer.quãti ta.l.ij. q2 nihil aliud petebat̃. Sed si pe terẽ dãna vel aliquid aliud q2 nõ serua bat indẽnis secus esset nam illud debe ret declarari in libello ⁊ in snia. vt.s.di xi in materia petitionis. ¶Item potes ponere plura exẽpla si petã pcessus fa ctos tali tpe cõtra me nullos declarari p eo: q2 iudex excõicatus erat vel quia absens. ex de postu. prela.c. tãta. de do. ⁊ cõtu.c. veritatis. vel petam ius epale vel iustitiarius iura que iusticiario de=bentur vel aliquem esse ita habilem de volũtate. ex de sen. excõ.c. cũ venissent. de pcu.c. auditis. de appel.c. bone. ⁊ in nullo talium casuum habet locum is.§. ¶Itẽ de vniuersali actione qñ vniuer saliter agit̃.ff. si pars here. pe.l. nõ pos=sumus. si autem p certa re: tũc esset illa declarãda vt ad restitutionẽ illius con cludatur. Nã res singularis põt peti p actionẽ vniuersale3 ⁊ tanq̃ singularis vt.s. dixi. Si tamẽ cõcluderetur vniuer saliter cõtra illum qui vnã rem tenet ⁊ diceretur cum tenere hereditatẽ nihil haberet specificare actor nisi in execu=tione: et sic nec iudex. extra de offic. or=di.c. conquerente. nec h3 locũ noster.§. ¶Quid in actionibus generalib' sicut tutele pro socio. Credo qđ sicut petitio gñalis ⁊ incerta admittitur qđ snia ge=neralis valeret. si em̃ petitio contineat qđ cõpellat̃ reddere rationẽ de admini stratione sufficere debet q̧ ad hoc reus cõdẽnet̃. s3 postea d3 dari arbiter q sin=gula discutiat: ⁊ iudici referat ⁊ coram illo specificabit̃ p articulos.ff. de cõdi. ⁊ demõ.l. si cui.l.iu.l.vix. ⁊ tũc iudex cer tam pfert sniam ⁊ in certa summa cõdẽ nabit. Et hoc casu obtinet is.§. cũuis,

de incerta quantitate actum ab initio
fuerit nihilominꝰ curare debet qd cer=
tam ferat sñiam negotio vt premittet
examinatio. ꝛ facit. ff. fa. herc. l. item la=
beo. §. sꝫ si. ¶ In tertio casu qñ fuit peti
tio incerta de natura tñ rei vel obliga=
tionis esset certificanda. verũtamẽ fuit
incerta admissa vel de volũtate partiũ
vel al's qꝛ certificari nõ poterat quo ca
su admittit: vt. §. dictũ est tũc ꝓprie hꝫ
locũ is. §. qd iudex hꝫ curare vt certam
ferat sñiam: q̃uis de incerta quãtitate
vel re actũ fuerit. vt. l. qui de dota. et. l.
in furti. ¶ Sed quid si nõ posset iudex
certificare: qꝛ forte testes nõ declarãt rẽ
vel quãtitatem sicut nec actor quid fa=
ciet. Uidetur qd nihilominꝰ ꝓnunciare
debet: qꝛ tex. dicit quãtum est possibile
